



**Bibliotheca philosophorum classicorum aucthorum
chronologica. : in qua veterum philosophorum Origo,
Successio, Aetas, & Doctrina compendiosa, ab origine Mundi,
vsq[ue] ad nostram ætatem, proponitur : qvibvs accessit
patrum, ecclesiae Christi doctorum, a? temporibus
Apostolorum, vsque ad tempora Scholasticorum ad an.
vsq[ue] Do. 1140. secundum eandem temporis seriem,
Enumeratio.**

<https://hdl.handle.net/1874/421055>

invenit in seculis
et in annis. Non enim
est deus deus sicut
omnes homines.

in seculis non
erit et in annis.
Non enim est deus
deus sicut omnes
homines.

in seculis non
erit et in annis.
Non enim est deus
deus sicut omnes
homines.

in seculis non
erit et in annis.
Non enim est deus
deus sicut omnes
homines.

in seculis non
erit et in annis.
Non enim est deus
deus sicut omnes
homines.

in seculis non
erit et in annis.
Non enim est deus
deus sicut omnes
homines.

in seculis non
erit et in annis.
Non enim est deus
deus sicut omnes
homines.

in seculis non
erit et in annis.
Non enim est deus
deus sicut omnes
homines.

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


Y. 5^o qu.



Les Misérables

Volume 1





Wie kommt es darum ein gern stile ist in der

Welt der heilige geist. in deme

Alles ist gescheit. O wund
erliche. Habe in
der eis. vor solange.
Dene. Dene. Dene.
Dene. Dene.

lize wente ic dir zu von gern sulz. und d' zu
des gräte ronit so mit trüffelne. **H**alle alle
sungen ammer von die singel oerlich sind. **L**ied wo plagen komilt
die g'schwelech rie ontelic sind. **D**an vortag
wilst du es gesene vo geschlechten hervt mit gro
den goren bejende wouden. **V**on mir glosme v'scane sic thare
grunds sind is. **A**llir inged agen als er schien.
Dan den deme ende so kumme der dune. **R**at em
hauer verlust hauender her lichec. **L**ude neit waurs ley unde
nen was. **S**i wolden etzdes schne hafe wagen
lon get schin. **M**it den mada not une. **K**ind
welt wond w' das man dis al vnde sulle. **O**n
lere dir gesacht hato. **N**ide ich personat vilchen
genome hof al der. **G**reuelicher lide alvng
bluent mit v'schendiger sig. **S**chung mit der vordeliche. **S**elinde
ken de. **L**ide eine de hin got. **M**arie har me.

in deme
wirke geist. in deme
wirke geist. **V**und v'sentlichen
wirke geist. **W**irken mit voldongde brestin n.
und z der heilige geist sine ibom
nike hant. **a**nd der d'rechtige. **G**
romt so velt h'g' alzuhens zw
mich v'heit nide an nennelichec.
et des sind si. **W**erde verdouc alh
mich h'g' stet der zu gredig h'au.
rechte. **U**ne er'n groder. **W**erf
beslorde inde h'g' zit mi. **h**anc
mich doo queare als alu male
nde oder see das werk eme al u
zoder. **U**nreichste luth. **R**ide reu
an de v'luze gno. **C**it gesichtur de
v' die. **o** walmte sich vor. **E**nghent
w' derit farr. **U**nd em
w' derit w' nichelichec. **I**sw' mit
w' derit g'schreit verdu. **W**id
allone die alzu v'nd
w' derit. **O**t alle die w'les
d'rt in g'sch'nd' v'nd sind in velle
neit abhu male on wedh' am h'.


des gan dat si an wme eynde behalden wert so
dulen si doch als vrmeslech vegenbit lte es lan-
ge so dat got geordnet hat. **H**ide dat na sinne
si also vunderliche vre. **V**an der nahheit gos terz
sun hie hindene vorer. **H**inder Gott our vch. **W**e
siede ich vch. **D**u gott sot nemus vns gründis wau-
Hide seit wa mit u vnbekant **H**ide seit senstmu-
dich. **H**ide orvndich. **H**ide laub vnd vader **G**ott
vnde vnder allen cräaturen. **D**want god der datt
hemel vnd ewen ouer vdt. **H**ide al cräaturen.
Dest heimel dat sind alle heimeliche herzen
Want om eycklich gott. **G**od er om hemel gott.
inde der selien dringt den hemel in in. over
dict so in kommt si nümer den. **H**ide dat is d
verformd in meyse pine. **D**at si dat bekommint
in in. inde si nümer den comē in Oder. **H**ide as
du eytz vnd den dat vnde si spricht durch de
prophetā. **U**tr hanc vch verbit vnd ist in du bist
den vrient in dñe nümer na gegangt. **D**it
hast mich vñneret si bis ornre vreemde dñe
me minne na gegangen. **N**og noch. eim
zu mir inde ich vrol du gelassen zulve genue.
Hide din wort ich die ingres in lervendige das-
dere. **A**ue du gentzlichen zu mir quenna. **N**u
primit inde lyft die vnbegeschliche. **H**ide on
vprecheliche barmherigkeit inde gode gote.
Nore gesente he ons luste aue wie wolken ma-
reerde gerne mit vns as vrum mis drunde.
ose dor iugen zo in volde. **K**omē **H**ia spricht

lich god da in laze. **H**ide hede liq in
ane bekominge. **D**at in alle dat v
le mach. **D**at sine der wate armen
Der er vnuet die heilige geeste in
God. **D**at is her guist in mit alme si
ind alme sine letzete. **S**ine Truwd
vnsledige. **G**od. **S**ine krafft inbendic
ouerten inde nedersten. **H**ide des a
zu dat her sich late bereedi. **H**ide
ue. in a geruende **D**at her sins we
becomen moge. **D**at dyt novert
der in geschediche schime sint. **D**at
zu erwerlt hert. **W**ant der vnde
deneis is so vil. **A**ul spre nu da. in
angemomenheit ind die de wu
der vpleste. **W**id goetundzelich
mā en wile sich deme hogligne
Hide sca si mallich sin dindt dict
dum. **S**u in desin lorchischen zid
ia dins dius her zu. **D**at du in
in die becomen latet. **H**ide onge
dan erbult her alau male. **A**la
gerdeutlicher inde gotliche hert
vñser. **G**od. **A**la id dñe so ic gest
met an woldm an werken an
in alle ordeniige afgeseideliche
Dan so wirket der heilige geeste
in dñe ingekandene. **G**od.
God. **A**la male niet drae en iwe

Philosophici Theoretici

Quarto n°. 54.

Q



卷之三

五代史

五代史

五代史

五代史

五代史

五代史

五代史

五代史

N 116. C

BIBLIOTHECA
PHILOSOPHORVM
CLASSICORVM AVTHO-
RVM CHRONOLOGICA.

IN QVA VETERVM PHILOSO-
phorum Origo, Successio, Actas, & Doctrina
compendiosa, ab origine Mundi, vsq; ad
nostram ætatem, proponitur.

QVIBVS ACCESSIT
PATRVM, ECCLESIAE
CHRISTI DOCTORVM: A TEMPO-
ribus Apostolorum, vsque ad tempora Scho-
lasticorum ad an. vsq; Do. 1140. secun-
dum eandem temporis seriem,
Enumeratio.

IOANNE IACOBO FRISIO
Tigurino auctore.

Ex domo Baeheli

OPVS NOVVM: BIBLIOTHECARIIS, PHI-
losophis & Theologis vtile: atque omnibus
literatis iucundum lectu futurum.

TIGVRI
APVD IOANNEM VVOLPHIVM TYPIS
FROSCH. ANNO M.D. XCII.



BIBLIOTHECA
PHILOSOPHORVM
CLASSICORVM ATQVE
RVM CHRONOLOGICA

IN QVA VETERVM PHILOSOPHORVM
QUOD OMNIS SUCCEPS, ACCESSE, & DOGMA
CONCORDIAE, DISCORDIAE, & DIVERGENCIAE
SOCIETATUM, LIBERTATUM, LIBERUM.

CLARA ACCEPIT

PATRVM ECOLESIAE
VITAE, MORALIS, & THEOLOGICAE
SCIENTIAE, & LITERARUM
SCHOLASTICARUM, & UNIVERSITATIARUM
ACADEMIARUM, & LIBRARUM
SOCIETATUM, LIBERTATUM, LIBERUM.

CLARA ACCEPIT

OMNE NOVVM SCIENTIALE, &
POLYGRAPHICO, LIBRARIO, & UNIVERSITARIO
LIBRARIUM, LIBERTATUM, LIBERUM.

TRAVT

ALB. LORENZI TRAVTENBERGII, ET
ROSCHI, TUNNO, & AXELI,

CLARISSIMIS VIRIS PIETATE ET DOCTRINA

PRAESTANTISSIMIS DNN. DD. PRO-
FESS. BIBLIOTHECARVM PUBLICAR.

Locupletissimarum, qua sunt Tiguri, Berna, Ba-
silea, & Scaphusia Praefectis dignissimis: pro tempore
D.lo. Guilhelmo Stuckio Tigurino: D. Iohanni Hal-
lero Bernensi: D.D. Nicolao Stupano: & D.D. Pe-
tro Ryffio Basiliensibus: D. Conrado VI-
mero Scaphusiano: Dominis suis
plurimum colendis.

S. P. Daq



VM anno superiori, reuerende D.collega Oceasius
Stucki, nobis fuisset publica collegij nostri
Bibliotheca, commendata: ego in eius ini-
stauratione, præter reliquum ordinem à
nobis obseruatum & institutum, id etiam
operam dedi: vt tempus singulorū authorum, quo vel
fuissent nati, vel floruisserent, vixissent, aut hac vita defun-
cti fuissent, nossem: & quicq; vetustiores, in suo tamen ge-
nere, arte, aut scientia, recentioribus, in codicum collo-
catione, anteponerentur: qui veluti veterani milites, in
acie primi confisterent. Sed cùm ipsorum ætatem, ne
quidem ex ipsorum codicium intuitu, semper assequi
non possem: cœpi de omnibus consulere, & bibliothe-
cas editas, & catalogos, & chronologos: ipseq; ex varijs
circumstantijs obseruare, quo tempore, qua ætate, quo-

P R A E F A T I O.

ne seculo, an ante, vel post Christi nativitatem quisque vixisset. Quos inuenire potui, eos notaui: & in perpetuam Chronogiam per annorum decurias, in quibus ante diem obitus sui, floruisse videbantur, disposui. In quo nostro instituto pergens, non paucæ sunt obortæ difficultates, dubitationes, & perplexitates: partim quod complurium etiam clarissimorum autorum temporis ætatis nullum indagare potui: partim quod aliorum temporis assignatio varia fuit: partim deniq; quod eiusdem nominis authorum, modò diuersorum, modò eorundem notatio, dubia & confusa sœpè occurrit. Itaque quasi desperans de nostro conatu, cœpi mecum cogitare, & alibi inuestigare, utrum non alij iam præstissent, quod nos infeliciter & imperfectè moliebamur. Et quidem reperi apud Laertium: fuisse Alexandrum Philosophum: Sotionem: Sosicratem: & Antisthenem: qui omnes scripserunt, de successionibus Philosophorum. Sed frustra illorum pulcherrimam annotationem optauis: nanque iam ante tempora Pythagoræ, scripta illa esse desierunt. Incidi deinde in tabulā ante annos 45 à doctissimo G. Morelio Tiletano, ex Plutarcho, Laertio, & Cicerone, de origine, successione, ætate, & doctrina veterum Philosophorum, collectam, & Lutetiae Parisiorum anno 1547, editam. Hanc descripsi totā, & ad nostrum institutum accommodauī. Vtinam quoq; clar. V. Hieronymi Vuolffij, scholia aut annotationes in eandē tabulam acquirere potuissim: pro quibus scripsi & misi Basileam (vbi sunt excusæ) plus decies: sed exemplaria distracta aiebant: inde vero hoc nostrū opusculū, vel ornatius prodijisset: vel prorsus hoc labore, si ibi quod meditar, inuenissem, fuisse liberatus. Præterea nactus sum, eiusdem

P R A E F A T I O.

eiusdē argumenti libellū, de illustribus Ecclesiæ scriptoribus, opera & industria clariss. doctissimisq; viris Suffridi Petri Leouardien. antiquitatum & historiarū peritissimi Colonię in 8. chartis 30. impressum. In quo veteres praeceps authores, Hieron. scilicet. Gennadium, Isidorum, Honorium, Gemblacensem, & Gandauen. de illustribus Ecclesiæ scriptoribus publicauit: in qua editione egregiam operam nauauit; dum atatem illorum scriptorum perturbatam restituit, & ut ipse ad rem accommodatè loquitur, liquidauit: vslus ad id præstandum (præter publ. chronolog. & historicos exactos) aliorum quoque suaq; obseruatione diligent & diuturna; quare ab ipso nos plurimū in nostra Serie P A T R V M , adiutos esse profitemur. Verūm, cum in illo libello, vñus idemq; author, ab illis qui Hieronymum sunt secuti, səpè sit repetitus: nos in hoc opusculo, vt uere & prudenter, faciemus esse, ipse Suffridus indicauit: putauimus nihil commodius fore, ad perpetuam chronologiæ seriem exacte cognoscendam, quam si omnes, uno eodemq; volumine comprehensi: singuli tamen ordine suo in propria temporis serie dispositi ederentur, quotquot in eandem historiæ classem vicissim succedunt: adderetur q; à nobis, (quod ab alijs est prætermissum) vtrum, & ubi extarent: & si quando essemus incerti, eam dubitationem nō disimularemus, sed profitemur: vt hac ingenua confessione, scientes & peritos, commotos nostra inscitia, excitar emus, vt ubi extent, vel excusi, vel manuscripti, ipsi publice indicent: vel si molestiam publice scribendi, rebus grauioribus occupati, suscipere nollent, ad nos priuatim ista perscribere, pro sua, quæ omnes decet, viros literatos, humanitate, non dedignarentur: tum nos ab

Huius libelli
methodus
& scopus.

P R A E F A T I O.

illis instructi, nostro officio non deerimus : sed cum no-
minis ipsorum laudabili, honestaque mentione, ea fidelia-
ter & diligenter, quorum nos fecerint certiores, cum Re-
publica literaria communicabimus.

**Temporis
notitiae vii.
utrius.** Sed de temporis ratione, cuius potissimum causa,
hoc opusculum conscripsimus, est ut dicamus aliquid
amplius. Non enim defuerunt, qui hoc nostrum institu-
tum, suggillantes, nosque tempora authorum inuestigan-
tes; deque eorum, quorum tempora essent nota, paucitate
querentes, nimis & inutilis curiositatis nomine argue-
rent. Illi tamen me deterrere non potuerunt: quin vel in
meum usum, hos cum labores suscepimus, tum impen-
sas fecerimus: & porro quoque cessare nolim, notando &
tates reliquorum tam veterum quam recentiorum: quot
quot quidem successuè occurrit, & innoscent: quem
conatum, posteritati gratum fore, speramus. Verè enim
dixisse videatur, vetustissimus author Arcesilaus. Hoc in
primis Philosophiae proprium esse, cuiusque rei tempus
scire. Sirei cuiusque, multò magis personæ. Compertum
est, res maximas, & questiones grauiissimas, ex tempo-
ris obseruatione potuisse decidi & dijudicari. Ita namque
**Exemplum
Damasceni.** magnus ille Theologus noster Petrus Martyr, recte te-
stis veritatis nomen habens: suum aduersarium Gardi-
nerum, obijcientem in disputatione de sensu verborum
Coenæ Domini, Ioannem Damascenum, veluti Patrem
antiquissimum: refutauit ab obseruatione & circum-
stâlia temporis, quo vixit ille author: nempe quod vixe-
rit Leone Isauro Imperatore: circa an. Do. 740, centum
annis post Gregorium Magnum: quando iam inclina-
tio doctrinæ Apostolicæ esset facta: & iam eo tempore
plurimi errores in ecclesiam irrepüssent. Eodem scuto
aduer-

P R A E F A T I O.

aduersum nos hodie astutè & acutè pugnant Iesuitæ, Exemplum
 præ cæteris Romanæ Ecclesiæ sectis, viri literati, ac stu- S. Hudalrici
 dijs doctrinisq; dediti: quos ruentis Papatus fulera & Episcopi.
 columna vocant: Ii conantes conuellere epistolam il-
 lam memorabilem à S. Hudalrico, contra cœlibatum sa-
 erdotum ad Nicolaum I. Pont. Rom. (vti nos asseuera-
 mus) perscriptam: sumpto argumento à tempore cùm
 Hudalrici tum Nicolai quo floruerunt, & obierunt, no-
 bis speciose admodū contradicunt: hunc nempe in mo-
 dum. S. Hudalricum creatum esse Episcopū, iuxta Her-
 mannus Contractū, & Abbatem Vrspergensem, An.
 Do. 924 vel anno 903. Sic enī m(aiunt) scriptum esse in
 chronico Augustanae Ecclesiæ. Nicolaum autem Pa-
 pam I. obiisse anno 867. vt Onuphrius Panuinius anno
 tauit, in libro de Romanis Pontificibus, id est, quinqua-
 gesimo septimo anno, antequam Huldrycus Episcopus
 factus esset; non ergo potuisse Vlrichum Episcopū scri-
 bere ad hunc Nicolaum, qui iam dudum obierat, &c. Ex
 his patet, magni interesse & discentium, & docentium,
 vt tempora rerum atq; personarum nobis sint cognita
 atq; perspecta: Cuius obseruatio lucem affert doctrinæ:
 iudicium de rebus bene aut perperam dictis atq; gestis
 informat; res implicatas & obscuras, euoluit & declarat.
 Quod si vero in hac notatione interdum aberraui: vti Erroris.

humanum est errare, præsertim in tanta sententiarum
 diuersitate, & proprietatib; nominum similitudine, & ipsi-
 us rei obseuritate: precor veniam, & emendationem,
 certiora edocitus polliceor.

Successio tamen ipforum authorum in hoc opuscu- Alia utilitas
huius opus-
sculi ad ras-
tionem stu-
diorum per-
tinens.
 lo liquidò conspici potest: vndē de alia quoq; eius vti-
 litate monemur: quod nimirum conducit ad rationem studiorum per-

tionerum & doctrinarum, venustissimarumq[ue] senten-
tiarum, ex authoribus omnis generis percipiendarū, &
hauriendarum, legantur primum vetustissimi, & ex se-
quentium succedentium, doctrinarum fontes, incremen-
ta, & decrementa mutationesq[ue] variae, obseruentur. Ut
nimirum, doctis regnantibus Principib[us] artium studia
floruerint, & extiterint plures viri docti: ijsdem vero ab
humanitate & literis alienis: ipsi quoque literati homi-
nes nusquam apparere, sed veluti in paruum & angu-
stum locum conclusi delitescere. Ut item sub aduentum
veri & perfectissimi Doctoris D. N. Iesu Christi, fuerit
seculum, vti vocant doctum. Ut quoque Doctores Ec-
clesiae proximi Apostolicis temporibus, puritatem do-
ctrinæ cœlestis Christi & Apostolorum retinuerint: re-
motiores vero, exorta Theologia scholastica, & prima-
tum obtinente in Ecclesia Pontifice Romano: purioris
doctrinæ sit facta inclinatio & depravatio. Ut denique
reuelato Antichristo, clarum Euangeliū lumen, rursum
ē tenebris superioris seculi, fuerit elatum, atque per ora
hem terrarum diffusum, & promulgatū. Quarū rerum
obseruatio & consideratio, lectorem inuitat, prouocat
& incitat ad diligentem, & constantē optimorum & ve-
tustissimorum, & mediæ ætatis, & nouissimi seculi, au-
thorum lectionem distinctam, & iudicio informatam.

Q. An veteres an Neo-
terici autho-
res prepo-
nendi.
Sed hic queritur, vtrum veteres an recentiores po-
tissimum sint legendi: quando in tam immenso libro-
rum numero, singulos nosse non vacat. Recentes enim
autores, (vtr eruditè annotauit Vives) quidam ita am-
plexuntur, vt veteres omnes, ne de nomine quidem no-
rint: partim quod occupatis incredibili nouorum lon-
gitudine, nunquam ad illos priores caput vacet attolle-
re. Alij

P R A E F A T I O.

re. Alij verò, nouitatem omnem aspernati, ita veteribus adhærent, vt si neotericum attingant, metus sit ne contaminentur. Sed quemadmodum in triuijs, vbi plures sunt Mercurij, atq; indices viarum, varij & inter se discordes, quām minimum aberrabimus, si medium fuerimus ingressi, vt pro ratione circumstantiarum liceat in alterum diuertere. Ita existimamus nos, secundum Pauli Apostoli consilium & exemplum, omnia probanda esse, & quod bonum fuerit, siue in veteribus, siue in recentioribus authoribus tenendum, & enotandum. Ipse quoque Apostolus sua scripta, quantumuis sacrosancta, tam vetustissimorum Poetarum, Arati scilicet Solensis, & Callimachi dictis, veluti quibusdam gemmis, decorauit. Quis vero sitiens, non malit ex ipsis fontibus bibere, ad sedandam sitim, si modò eousque peruenire potest, quām ex riuiulis quantumuis limpidis & puris: vt nihil dicam de lacunis. Instituta lectione authorum, sibi inuicem succendentium, deprehendimus, in posteriores sèpissimè competere dictum Samsonis ad Palestinos: nisi vitula mea arassetis, ænigma meum non soluissetis. Reperiuntur etiam in quorundam recentiorum scriptis, veterum authorum dicta & sententiae de verbo ad verbum, vt Hieronymi, Augustini, & aliorum: nulla interim, ipsorum facta mentione. Ita olím (vti cla. v. Ioan. Camers obseruauit) Macrobius integras sèpè paginas ex Gellio descripsit: eodemq; modo Placidus ex Seruio: & Acron ex Porphyrione, alijsq; ex alijs longas cōmentationes, suppressis, vndē sumpererunt, authorum nominibus, sibi omnia ad verbum vendicauerunt. Ipse etiam Aulus Gellius, multa habet ex Lívio, cuius tamen nusquam meminit. Alios verò ex eadē successiva authorum

lectione, deprehendere licet, suos antecessores, docte & artificiose summoçp cum iudicio esse imitatos. Vt Vergilii Maro, veterum poetarum, Homeri præsertim versus: Terentius Menandri; & alij aliorum, in sua opera laudabiliter transtulerunt. Solinus iniuste dicitur simia Plinij; nam Plinium commodè eruditè & cum laude est imitatus. De quo duplice facto, vel imitatione, vel furto, sic olim à quodam iudicatum fuisse memini. Quod qui sint tamen ambitiosi, vt eorum authorum, ex quibus veluti ex limpidissimis fontibus haurientes, suas vel lacunas repleuerunt, vel riuulos deriuarunt, nullam prorsus faciant mentionem; eos sane esse iniustos, ingratos, & reprehensione dignos, proq[ue] laude & gloria, meritò vituperium & ignominiam referre. Qui vero sua scripta, ex aliorum operibus desumpta, ad usum posteritatis commodiorem, methodo noua, utili, accommodauissent; & ingenuè, vnde suas habeant sententias, dicta præclara, consilia optima, præcepta salubria, admonitiones & dehortationes graues & necessarias, exempla denique rerum & doctrinarum illustria: ascriptis authorum primorum inuentorū nominibus, profiteantur: eoru[m] sane conatū, labore, diligentiam, artem, industriam, rerumq[ue] delectum, cum iudicio factum, laudandum, & commendandum esse. Sed de hac tota quæstione iudicium esto penes arbitros competentes.

*Incuditas
buius opus-
culi.*

Vnum hoc addam, ad huius nostri opusculi, utinam tamen benè inchoati, quam imperfecti, commendationē. Annon periucundum est, quasi in instructissimo quodam theatro, intueri, & contemplari, tot clarissimorum scriptorum, maiores & minores turmas; ibiçp videre, & agnoscere veluti in quadam acie, duces magistros, ante-signas

P R A E P A T I O.

Signans, veterans, emeritos, æquales, nouitios & tyrones. In quibus si quidam, alijs in celeri profectione, & statione, sunt casu, aut errore, permixti: deinceps cuius huius exercitus Duci, eumq; lustranti, facile fuerit, hos illinc, alios istinc exemptos, in propria loca, & stationes collocare.

Vobis igitur, viri clarissimi, hanc clarissimorum in *Dedicatio.* literis sacris & profanis authorum seriem, & successio- nem consecrare volui: quod sperarem, cum hi omnes alijq; incredibili numero plures in vestris Bibliothecis, veluti in tentorijs, in castris, & cum opus est, in planitiem educti, præstò sint: vos (quod vnicum rogo & ex- peto) de vestris copijs, & vbertate, nomina & ætatem vestrorum authorū siue codd. paulatim notando, quam humanissime non tam mecum, quam cum Repub. lite- raria, ad huius opusculi supplementum, communicatu- ros esse. Teq; insuper perchare D. Stucki compater & collega in hoc & alio munere, mihi plurimum colende: omnesq; nobis successuros Bibliothecarios, oro atque obtestor, vt nostram Bibliothecam publicam, singulari- multiplicijs labore, non dicam industria, ordineq; de- centi (te interim grauioribus rebus occupatissimo) à no- bis collectam, dispositam, & descriptam, in eodem ordi- ne, immutata forma conseruetis, augeatis, & pro acri ve stro iudicio, in delectu emendorum codicum habendo, magis magisq; exornetis, neque vnuquam à quoquam di- strahipatiamini. Vobis autem clariss. Basiliensib. gra- tulator: quod locupletissimas vestras varias, diuersis lo- cis haec tenus disiectas copias, veluti maximum fortissi- mumq; exercitum iam futurum, coniunxit: quo nihil in vestra Academia florentissima pulchrius aut utilius

P R A E F A T I O.

conspici potest. Vobis autem vicinis nobis Scaphusianis gaudeo: quod Biblia illa pretiosissima Antuerpiana, vere omnis Bibliothecæ thesaurum, & ~~xeiunior~~ irreparabile, in vestra Bibliotheca, insatiabili veraç cum voluptate, nuper, à vobis quam humanissime liberalissime exceptus & tractatus, vidi & euolui. Denique tibi charissime D. affinis Hallere, profiteor, incredibilem nos ex morte D. Musculi dolorem accepisse: non quidem propter ipsum, qui vitæ suæ cursum feliciter & laudabiliter impleuit: sed quod Ecclesiæ metueremus: quandoquidem talium virorum obitus, mutationes sæpe periculosæ sequuntur. Verum ut audiuimus de successione D. Niuini, omnibus rebus ornatisimí viri, in maiorem certamq; spem, melioris status, apud vos conservandi, deuenimus. Valete. Deus vos omnes suæ Ecclesiæ quam diutissimè incolumes conseruet. Reliquis quoq; vestris collegis Basileæ D. Grynæo & Zuingelæris: atq; Scaphusiæ D. Iezelero, Colmaro & Rugero viris doctissimis & in vinea Domini laboriosissimis fidelissimisq; officiosissimam meis meorumq; collegarum

verbis salutem dicite. Tiguri, die Caroli, parenti meo p.m. Joanni Frisio, vobis
olim charissimo ante annos 27. fatali.

Vestræ dignitatis.

Studioſiss. Io. Jacobus.

Frisius Tigurinus.

IN BIBLIOTHECAM CHRO-
NOLOGICAM IOANNIS IACOBI
Frisij, Epigramma.

VOD mi defuerat diu, diuq;
Quod quondam ausus eram, meos in v̄sus
Priuatim meditari, inabsoluto
Conatu tamen: eleganter abs te
Confectum video, FRISI: piumq;
Hunc rursum tibi gratulor laborem.

Scriptorum titulos, libros, & artes,
Ingenti numero dabant, sine annis,
Et certi sine mentione secli.
Abs te bibliotheca nuper aucta.

Hoc ingens fueratq; tunc repertum,
Magni ponderis, & laboris: at nunc,
Accedit Colophon, priora longè
Vsu, iudicio, sagacitate,
Odoris catulis sagaciore,
Vincens, hoccè synedrion Sophorum,
Doctorum, Historicorum, in orbe vatum
Vnquam qui fuerant: suumq; præsens
Assignans Chronicon quibusq; tempus.


Quo quid pulchrius, elegantius ue,
Ex v̄su magis aut quid est iuuentia?
Nam successio, temporum statuq;


Ni lucem afferat, & iuuet legentem:
Quid sit (nescio) iudicare quois
De scriptore: minus me hercle, quam si
Cæcus iudicium ferat coloris.

Hac in parte opera tua leuatum
Me, multosq; alios, lubens fatebor:
Mecum, qui modo legerint & isthac,
Ingentes tibi gratias habebunt.

Rodolphus Lemannus.







PHILOSOPHORVM SE-
RIES AB ORBE CON-
DITO AD NOSTRA VS-
que tempora.

Anno Mundi 1790. Ante
Christi Nativit. 2172.

LINGVARVM facta
Diuisio. Sermonis idio-
ma, quod tum apud o-
mnes simplex & vni-
cum erat (Hebreum scilicet, quod
& in pīj patris HEBER familia
remanit,) in diuersa, Deus, disper-
sit idiomata, ita ut confusis omnium
linguis neuter alterum intelli-
geret: qua necessitate coacti, ho-
mines in diuersas mundi regio-
nes dispersi sunt.

An. Mun. 1890. Ante Chr. 2162.

Samothes cognomento Discel-
tas apud Celtiberos claruit, quo
nemo ea aetate sapientior fuit: ac
propterea Samothes dictus est.
Fuit ex nepotib. Tubalis filij Ia-
peti.

An. Mun. 1810. Ante Chr. 2152.

Thuycon qui à Mose Ascenas
filius Gomeri primogenitus, SAR-
MATAS maximos populos fun-

davit, qui nunc THVYSCONES
Germani, die teutschen.

An. Mun. 1820. Ante Chr. 2142.

Chamesenus, qui nobis Cham,
Thelchines in Egypto Magicam
docens maxima opinione cele-
bratur. Func. In libris recogni-
tionum Clementis Romani legi-
tur, ZOROAŠTRES Mes-
raimi Chami filius fuit, qui magi-
ce artis tradidit disciplinam: hunc
gentes Zoroastrē appellauerunt,
admiratæ eius artis autorē: quem
quasi ζεον ἀσπον astrum viuens
coluerunt: alij dicitū volunt quasi
ἀσποθύλε, hoc est, astrorum fa-
cerdotem.

An. Mun. 1970. Ante Chr. 1992.

Sabatius Saga Italos postea di-
ctos, agriculturam & religionem
docuit.

An. Mun. 2000. Ante Chr. 1962.

Ninias V. Assyr. rex qui in san-
ctis scripturis vocatur Amr aphé

A

A N. M V N. 2000.

ernauit templa Deorū, & CHAL-
DABOS, id est, Sapientes Baby-
loniz, Astronomos, Physicos, &c.
ampliavit. Beros.

*Chaldaei apud Babylonios & Af-
syrios Astrologiz periti, & præ-
dictionum: de primis sapientibus
apud Barbaros.*

*Osiris inuentor agriculturæ,
sensim vniuersum peragrauit or-
bem docens quæcunque inuenie-
rat. Beros. in Ninia.*

*Primus aratra manu solerti fe-
cit Osyrus. Tibullus lib.1.eleg.7.*

An. Mun. 2010. Ante Chr. 1952.

*Ingeniorum publica literarum stu-
dia apud Thuyfcones, ad compri-
mendam hominum audaciam, in-
stituit. Beros. Meminit & huius
Cornel. Tacitus de morib. Germ.*

*Sarron apud Celtas regnans, vt
reprimeret ferociam hominum
tum recentum, publica literarum
studia instituit. Beros.*

An. Mun. 2030. Ante Chr. 1932.

*Camefenuus, qui tum quoq; ZO-
ROASTRES dicebatur paulò an-
te mortem Niniæ filij Nini, tem-
poribus Abrahami, ab omni fer-
mè orbe terrarum pulsus, in Ba-
etrianos sese contulit, & magico
illos præstigio sibi deuinxit, adeò*

A N. M V N. 2070.

vt illis potenter imperaret, fortè
idem de quo ad an. mundi 1820.
De Zoroaste Persomeda, vide ad
tempora Persarum & Medorum
ad an. 3400.

An. Mun. 2070. Ante Chr. 1892.

*Dryius vir plenus peritiæ re-
gnat apud Celias.*

*Druidae Celtarum seu Gallo-
rum sacerdotes à Dryio illo deno-
minati sunt, sapientes primi apud
Gallos: quorum meminerunt in
suis scriptis C. Iu. Cæsar de bello
Gallico lib.6. Plin. lib.16. cap.44.
Et quæ his potestas fuerit, docet
Cornel. Tacitus in libello de mo-
rib. German.*

*Sacra eorum & ceremoniæ ver-
sibus multis millibus contineban-
tur: de quibus quodd litterarum v-
sum contemnerent, & eos ahjahijs
veluti per manus, sine scriptione
vlla, traderent, hodie nihil est re-
liqui.*

An. Mun. 2160. Ante Chr. 1802.

*Prometheus Ægyptius, frater
Atlantis Mauri vir prudensissi-
mus fuit: qui primus astrologiam
Assyrijs indicauit: quam residens
in monte altissimo Caucaso, cura
& solitudine deprehederat. De-
prehen-*

A N . M V N . 2170.

prehendit etiam rationem fulmi-
num, & hominibus indicauit: vn-
de cœlestem ignem à poetis pin-
gitur furatus. N.scrips.

An. Mun. 2170. Ante Chr. 1792.

Atlas Maurus frater Promethei
Astrologiæ peritiſſimus claret:
Func. Sed Marsil. Ficinus in pra-
fatione sua in Mercurium Tris-
megistum, scribit, Atlantem flo-
ruisse eo tempore quo Moses na-
tus est, id est circa an. mun. 2370.

An. Mun. 2330. Ante Chr. 1632.

PATRIARCHARVM duodecim
filiorum Jacob Testamentum, li-
ber peruetustus.

Eum ex Hebræo in Græcum
translatum, Latinè vertit Robertus
Lincolnien.episcopus. Huius
operis meminit Origenes homi-
lia 15.in Iosue.

An. Mun. 2370. Ante Chr. 1592.

*Atlas Mauritaniæ rex, Astrono-
miam dicitur inuenisse: quapro-
pter à poetis cœlicam machinam,
humeris gestasse singitur. Floruit
hoc tempore, secundum Marsili-
um Ficinum. N.scrips.*

A N . M V N . 2390. 2

An. Mun. 2390. Ante Chr. 1572.

Arogilus seu Proclitus, primus
Quadrigam iuxuisse dicitur. Eu-
sebius.

Proclitus vide *Arogilus.*

An. Mun. 2410. Ante Chr. 1562.

Mercurius Maior nepos ex ma-
tre Atlantis Astrologi. Ficinus. N.
scripsit.

An. Mun. 2420. Ante Chr. 1542.

Mercurius filius Maioris, pater
Trismegisti: secundum Marsilium
Ficinum. N.scrips.

An. Mun. 2430. Ante Chr. 1532.

MERCVRIVS Trismegistus Ma-
ioris nepos, Ægyptiorū philoso-
phus admirandus, circa hæc tem-
pora floruit. Func. Extant adhuc
quædam eius scripta. Basileæ, Pa-
risijs, Norinbergæ & Venetijs ex-
cusa, quæ diuinam in eo sapien-
tiā satis indicant. Ut sunt dialo-
gi inscripti Pymander & Ascle-
pius, de potestate sapientia, &
voluntate Dei. Item Iatromathe-
matica. Eadem (vel Orpheo se-
cundum alios) attribuuntur, ver-
sus 66. de significationibus ter-
ræ motuum: qui leguntur in an-

A N. M V N. 2460.

thologio Græco. Stobæus etiam quædam huius authoris fragmen ta citat, quæ in prædictis dialogis non extant. Vide etiam Suidam. Mercuri facunde, nepos Atlantis, Horat. i. carm. Ode 10.

An. Mun. 2460. Ante Chr. 1502.

Maria soror Moysis: cuius liber alchymisticus circumfertur. M. script.

An. Mun. 2580. Ante Chr. 1382.

Cadmus Agenoris filius, rudem Græciam docuit, & Thebis regna uit an. mun. 2586. Inde pulsus an. mun. 2590.

An. Mun. 2600. Ante Chr. 1362.

Phemonoe, apud Pythiam vates prima, hexametris versibus futura cecinisse narratur. Euseb.

An. Mun. 2670. Ante Chr. 1292.

Dædalus Athenien. clarus Ar chitektura in Creta regi Minoi Labyrinthum construxit. Filio Icaro, arte admiranda, alas aptauit, quibus mare, quod est inter Myconem & Gyarum, è Creta fu giens, transuolare poterat. Sed cum ultra patris iussa altius euo-

A N. M V N. 2670.

lasset, solis ardore cera, qua pennæ continebantur, liquefacta est, & ab aliis defluxit, ipseque Icarus in mare decidit. Hinc Ouid. libro 1. Tristium. Icarus, Icaris nomina fecit aquis. Ex huius igitur artificis excellentia, natum prouerbium, vt clara opera, Dædala apppellentur. Cæterum vt arte fuit admirandus, sic ob virtutem animi de testandus. Inuidia tantopere la borauit, vt Telen puerum discipulum suum interficeret: quod siguli rotam reperisset, & serram: inuenta spina pisces ad eius similitudinem formata. Commoditat em & occasionem etiam præbuit adulterio Pasiphæ vxoris Minois regis Cretensium: quæ cum Tauro notario, quem Pasiphæ amauit, in domo Dædali concubuit: & quia geminos peperit, unum de Minoe, & alium de Tauro, enixa esse Minotaurum dicitur: Hic Dædalus ob suum homicidium & lenocinium in exilia aëtus, & tandem à Cocalo rege specie colloquij in thermis retentus, donec æstu suffocaretur. Hanc historiam veram, poetæ suo more in fabulam commutauerunt, de qua Catullus in Argonaut. Ouid. epist. 10. Diodorus Siculus libro quinto, capite decimo tertio, & Seruius in Vergil. 6. Æneidos 5.

An.

A N. M V N. 2690.

An. Mun. 2690. Ante Chr. 1272.

Thamyras. Thrax poeta ante Homerum. Suid. Hic bellū Vitium aduersus Deos dimicatum carmine descriptissime traditur. Plutarch. de Musica. Suidas eius theologia extare versibus 3000. Pater fuit Musæi Thebani de quo ad an 2720.

Proverbio occasionem dedit. Thamyras insanit: de quo vide Erasmus & Statiū 4. Thebaid. 37.

An. Mun. 2700. Ante Chr. 1262.

ORPHEVS. Thrax, poeta præstantissimus Argonautarum historiæ autor, elar. Iudicum in Israel temporibus. Opera eius excusa Venetijs & Basileæ.

Pherecides Athenien. philosphus, qui ab Orpheo multa didicit, scripsitq; Theogoniam libris decem: item libellum de rerum principio. N. ext. puto.

An. Mun. 2710. An. Chr. 1252.

Linus poeta magister Herculis claret apud Thebanos. Mundi orum, solis & lunæ vias, animalium & fructuum origines descriptis. Eius quidam versus leguntur apud Stobæum in sermone de prudencia.

A N. M V N. 2710. 3

MVSAEVIS poeta Eleusinus discipulus Orphei: Theogoniam & sphæram primus. tractare est aggressus, docuitq;, Ex uno omnia oriri, & in idem redire. Scripsit vita præcepta ad Eumolpum filium vesuum fermè 4000. Suid. & Volat. lib. 17. Eius quædam sunt excusa Venetijs apud Aldum 1517.

An. Mun. 2720. Ante Chr. 1242.

Musæus Thebanus Thamyræ filius, ante bellum Troianum: poeta Melicus scripsit hymnos & cantica. Suid.

An. Mun. 2730. Ante Chr. 1232.

Euander Arcas, in Italiam veniens Romanæ conditoris arcis, miraculo literarum quas primus ibi docuit venerabilis Liuius.

An. Mun. 2750. An. Chr. 1212.

Cadmus Milesius paulo post Orpheū: forte hic collocandus, scripsit historias Miletii & totius Ioniae, vt autor est Suid. Hunc Plinius ait primum prosam orationem inuenisse.

An. Mun. 2770. An. Chr. 1192.

Orpheus, qui de gemmis scripsit

AN. MVN. 2780.

tempore Theodamanti filij Priamii regis vixit.

An. Mun. 2780. Ante Chr. 1182.

Eumolphus Eleusinius vel Athenea, filius Musæ, poeta antiquissimus: secundum alios Orphei discipulus ante Homeri tempus, de scripsit sacra Cereris & chiroscopica de manuum inspectione librum, citatur ab Athenæo.

Sanchoniaton Tyrius philosophus, tempore belli Troiani Suid.

An. Mun. 2800. Ante Chr. 1162.

DARES Phrygius historicorū ferè primus in bello Troiano militavit: quod & de scripsit: Opus excusum Basileæ anno 1541.

DICTYS Cretensis meruit tempore belli Troiani sub Idomeneo, de quo bello scripsit libros sex, excusos Basileæ anno 1529.

Homerus primus patria Smirnen. floruit. Hic fuit Regis Patriæ suæ praefectus. Archiloch.

An. Mun. 2860. Ante Chr. 1102.

Homerus secundus Chius medicina clarus floruit. Archiloch.

AN. MVN. 2890.

An. Mun. 2890. Ante Chr. 1072.

Homerus tertius Chius magica arte clarus floruit. Archiloch.

An. Mun. 2920. Ante Chr. 1042.

Homerus III. Institoria arte Salaminensis ciuis prædiues floruit. Archiloch.

An. Mun. 2930. Ante Chr. 1032.

Homerus V. Colophius pictor & statuarius præclarus habetur. Archiloch.

An. Mun. 2960. Ante Chr. 1002.

Homerus VI. Ciuis Athenien. floruit sub Archippo III. Athenien. Iudice, & nouas Athenien. leges dedit. Archiloch.

Thaletas Cres aut Illyrius Lyricus, ante Homeri etatem. Suid.

Agestatis rex Lacedæmoniorū. eius dictum egregium politicum extat apud Stobæum sermone 52.

An. Mun. 3050. Ante Chr. 912.

HOMERVS poeta, vti scribit Cornelius Nepos vixit annis 160. ante conditam urbem. Et Cicero testatur

A N. M V N. 3050.

testatur in Bruto Homeri tempora etiā sint incerta, eum tamen annis multis fuisse ante Romulū: siquidem non infra superiorem Lycurgum fuerit: à quo sit disciplina Lacedæmoniorum astricta legibus An. Mun. 3180. Secundum Herodotum, in eius vitæ descriptione, natus est Homerus anno 168. post bellum Troianum an. mun. 2950. Alij longe inferiorem ætatem faciunt: existimantes Græcos antiquitatis laudem affectantes, multas annorum centurias elementiri solere, vide igitur ad an. Mun. 3280.

An. Mun. 3060. Ante Chr. 900.

A QVILA Septonius Anglorū vates: scripsit prophetiarum suarum librum, quas Angli, veluti Sybillina oracula in precio habuerunt: extant quædam fragmenta, quæ legit Baleus.

An. Mun. 3090. Ante Chr. 872.

Homerus VII.arte Musica & Geometrica clarus, apud Argiuos habetur. Archiloch.

An. Mun. 3140 Ante Chr. 822.

Pbidon Argiūus: mensuras & pondera reperit ann. mun. 3145.

A N. M V N. 3189. 4

cum apud Hebræos regnaret Azarias temporibus Ionæ & Osea prophetarum.

An. Mun. 3189. Ante Chr. 773.

Inchoantur Græcorum Olympiades, secundum quas Græcis longo tempore visitatum fuit, seriera rerum gestarum in publicis monumentis prescribere. Nomen autem Olympias comprehendit annos quatuor. Et factum est ab ordinario conuentu, Græcorum ad Elidem, qui celebrabatur semper post quartum annum, in mense, qui Græcis initium anni erat, videlicet in pleni lunio, quod solstitio æstiuo proximum est.

An. Mun. 3190. Ante Chr. 772.

Arctinus Milesius poeta floret. Func. ex Euseb. N. ext.

Ars sculpendi marmoris hoc tempore cœpit, Plinius libro 36. cap. 5.

An. Mun. 3200. Ante Chr. 762.

Archimus poeta qui Iliacam vastationem scripsit. N. extat.

Cumelus poeta. N. ext.

Cynethon Lacedæmonius poeta Theagoniam scripsit, N. extat.

1. *SIB YLLAE* fuerunt decem.

u. *Perfica* cuius mentionem facit Nicænor, qui res gestas Alexandri M. descriptis.

2. *Libica* cuius meminit Euripides.

3. *Delphica* de qua locutus est Chrysippus de diuinatione.

4. *Cumæa* quam Nævius in libro bellum Punicum: Piso in annalibus nominauit, cuius libri à Romanis oculuntur, &c.

5. *Erythræa* quam Appolloodus Erythræus suam ciuem esse affirmavit: Graijsq; Ilium potentibus vaticinatam, & peritaram esse Troiam, & Homerum mendacia scripturum.

6. *Samia* de qua scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum reperiisse scriptum.

7. *Cumana*, nomine Amalthea, quæ ab alijs Demophile, vel Herophile nominatur. Hanc fuisse affirmant q; q; dicitur nouem libros ad regem Tarquinium Priscum attulisse, ac pro eis trecentos philipeos postulasse, vide lib. 1. cap. 19 Gellium.

8. *Helleponica*, in agro Troiano nata, quæ fuit Solonis & Cyri temporibus.

9. *Phrygia*, quæ vaticinata est Ancyra.

10. *Tyburnina*, nomine Albunæ, cuius sacra senatus in capitolium

translulit.

In opusculo de vaticinijs Sibylla rū olim in Oppenheim impresso in 4. memoratur loco Cumææ.

Chimeria alias *Chimica*, in Italia de qua scripsit Ennius. Et additur

11. *Sibylla Europæa*: item

12. *Sibylla Agrippa*.

SIBYLLAR. Libri 8.v. heroicis cōscripti Græcè cum annotationibus Xysti Betulei, & Latinè à Seb. Castalione redditii Basileæ sunt ex cusi anno 1545. & 1546. quædam asseruantur in biblioth. Vaticana: quædam in imperatoria Vienne.

An. Mun. 3220. Ante Chr. 742.

Sibylla Erythræa agnoscitur. Euseb.

An. Mun. 3280. Ante Chr. 682.

HOMERVS poeta clarus habetur, quingentis annis post Troiana tempora, circa Olympiadem 23. qua regnauit Gyges rex Lydorum. In qua sententia est Theopompus in 43. rerum Philippicarum, referente Clemente Alexandrino libro 5. Stromaton. Eandē sententiam etiam Tacianus Assirius recenset in oratione ad gentes. Et Archilocho historicō soli præter omnes creditur: cū quod studiosiss. annalium patriorum perscrut-

perscrutator: tū p̄cipue quia Homer de quo quæritur ipse coæta neus fuit. Clar. Archilochus Olym piade 29. an. mun. 3300. & in libello de temporibus, septem Homerorum ætate explicata, De vltimo hunc in modum scribit. Ultimum hunc Homerum, ætas nostra certnit, qui Olympiade 23. & à Troiæ excidio anno quingentesimo an. mun. 3280. patria Mæon olympico certamine victor, iudicio totius Græciæ eximus poetarum est habitus, & ei solius tributum emendandi characteres, & nomina & linguam Græcam, quæ, ut ferunt, Cadmus Samothrax, ferè barbara, & plena ruditatis attulit, sub excidium Troianum, &c. Hanc Homeri ætatis notationem sequitur & Funecius diligentiss. chronologus. Varietatem tamen notationis aliorum authorū, hic etiam paucis ascribemus.

Eusebius ex aliorum sententia collocat eum in an. mun. 2800. sed est Homerus I. præfectus.

Eratosthenes in an. 283. tūm fuit Homerus III. magia clarus.

Philostratus 2910. Et *Salsius* in an. 2923. illis annis vixit Homerus IIII. Institutor.

Cyrillus Alexandrinus & *Philochorus* in an. 2950. vel 60. circa quæ tempora vixit Homerus VI. Athenien. *Apollodorus* & Eu-

phorus. *Eutropius Solinus* & rursus *Eusebius* decem tantum annis differunt. eum collocantes in an. mun. 3043. vel 3055.

Plutarchus & *Suidas* in ann. 3090. De *Cornelio Nepote*, *Cicerone*, & *Herodoto* diximus supra ad an. 3050. Causa discrepatiæ etiā hēc esse potest, quod quidam tempus nativitatis quidam tempus mortis: quidam tempus quo vixit & floruit ascribunt: p̄cipua causa discrepantiæ est, quod plures Homeri fuerūt. Et hic noster poeta supra an. 100. vixisse fertur, vide *Gyraldum de vitis poetarum*:

Eius poemata Græca, népe *Ilias*, *Odyssæa*, &c. Venetijs apud Aldū excusa sunt: Item *Florentiæ*, & *Argentinæ*. Basileæ autem Græcè & Latinè è regione, in fol. an. Dom. 1551. Porrò *Ilias* ab *Eobano Hessio* Latino carmine expressa: & *Odyssæa* itidem à *Simone Lemnio*, excusa apud *Ioan. Oporinum* anno 1549. Rursus poemata Homeri Græcè excusa sunt Parisijs apud *Adrianum Turnebum*, anno 1554. in 8. typis regijs. Romæ an. 1550. cum commentarijs *Eustathij*. Itē Basileæ. Elegantissime autem nuper, cum alijs poetis Græcis, *Heroici carminis* principibus excludit *Henricus Stephanus* in fol. grandibus literis.

Homerus, inquit *Viues*, attente

AN. MVN. 3280.

ac diligenter est à discipulo & audiendus de præceptore, & separatum relegendus, multis in locis descendens quoq; Quæ scripsit nō dicere videatur, sed ante oculos si- stere: eas est quasi depingēli vis & efficacia: qua virtute posteros omnes adhuc sine cōtroueria supe- rat: nec corpora expresst modo, sed animorū reconditos illos mo- rūs, qui sub sensu nō veniunt: vt nihil videatur esse aliud eius poe- ma, quām imago vitæ humanae. Cōmutis sensu adeo est callens, & ita sunt rerum naturæ confor- mia quæ dicit, vt post tot secula, mutatis vsq; eo morib; institutis, tota viuēndi ratione, tamen æ- tati etiam num nostræ, & cuiuscūq; alij verba sententiæ, collocutiones, orationes illius consentaneæ sint: quibus de rebus facile tam longā diuturnitatem sustinuit, & per tot secula non solum autoritatem vetustatis, sed nouitatis gratiam conseruavit, quem recens in uno quoq; videretur. li. 3. de trad. disc.

Psammeticus unus è duodecim ducibus Ægypti: regnō solus potitus, Ægyptiorum pueros, Græ- cis locum ad inhabitandum con- cedens, Græcè docuit.

An. Mun. 3290.

Alema poeta Lyricus natus. cir-

AN. MVN. 3300.

ca Olympiad. 27. de quo vide ad an. 3310. quo flor.

An. Mun. 3300. Ante Chr. 662.

ARCHILOCHVS Historicus. de temporibus scripsit: qui libellus impressus est Basileæ: & cū commentarijs Annij Viterbiens. Antuerpiæ anno Dom. 1542. Et Lugd. in 16. an. 1555. cum Berofo.

Archilochus Lacedæmonius poëta, claruit Tullio Hostilio Ro- me regnante. Libros scripsit te- ste Varrone, quos Lacedæmonij vrbe sua exportari iussérunt. Exstant eius versus apud Stobæum, & citatur etiam à Plutarcho.

ARISTOXENES Musicus illu- stris habetur.

Eius harmoniacorum libri 3. extant Bononiæ in Biblioth. Sal- uatoris Græcè scripti, & alibi in Italia. Quos Antonius de Goga- va in Latinam linguam transtulit. Venetijs (fortè) impressi.

Simonides, clarus Func.

Sibylla quæ & Herophila, in Sa- mo nobilis habetur. Euseb.

Zaleneus legum lator & custos acerrimus atque rarissimus Lo- crensis.

Eius dicta duo politica de legi bus extant, apud Stobæum sermo ne 37. Et 43. Et de vero Dei cultu, non in ceremonijs sumptuosiss, sed in

A.N. MVN. 3310.

Fed in pietate, posito, alibi.

An. Mun. 3310. Ante
Chr. 652.

Phalaris Agrigentinorum ty-
rannus: cuius epistolæ sunt im-
pressæ Venetijs & Basileæ in de-
cimo sexto.

Alcman poeta Lyricus Laco-
nicus siue Messenius, genitus
circa Olympiad. 27. patre Da-
mante:

Inuentor amatorij carminis, scri-
psit lingua Dorica. Suid. Is mor-
bo pediculari perijt, vt scribit *Æ-*
*lian*us, & Plin. lib. 11. cap. 33. vide
etiam Diodor. Siculum libro 5.
cap. 6.

Terpander Musicus & poeta
insignis habetur, clar. tempori-
bus Ieremiæ & Sophoniæ pro-
phetar. Hic modos poematisbus
primus adiecit. Citantur eius car-
mina apud Plutarchum in *Lycûr-*
go: & plura de eius inuentis scri-
bit in libro de Musica.

Tyrtaeus elegiarum poeta circa
Olympiadem 35. clar. Suid. &
apud Stobæum.

Eius s̄epe meminit Plato in
libris de legibus. O diuine poeta
Tyrteæ, inquit, sapiens certe ac
bonus nobis esse videris, quia ex-
cellentibus eos extulisti laudibus,
qui in bello excelluerunt.

A.N. MVN. 3340. 6

An. Mun. 3340. Ante
Chr. 622.

Periander rex Corinthiorum
vñus è septem sapientibus Græ-
ciæ: successit patri Cypselo, in re-
gno, Olympiade 38. Volater.

Regnauit an. 40. stipatus sem-
per militibus, oculos & in foro
oscitantes usque formidans. Scri-
psit ὑποθέσεις, id est, humanæ vite
præcepta. Huius illud est χόλον
χράτει, id est, iram compesce.
Diogen. Laer. & Suid.

An. Mun. 3350. Ante
Chr. 612.

Arion Methymnæus Citharoedus
& poeta Lyricus, emicuit Olym-
piade 41. Func. Scripsit can-
tica circa versuum duo millia. Di-
citur & Tragici carminis primus
inuentor fuisse, & chorum insti-
tutus, ac Dithyrambicū carmen
cecinisse, author Suid. Huius Ario-
nis historiam, vide apud Ouid.
in fastis. 2. & Gelliū lib. 16. cap. 19.
Et Pliniū lib. 9. ca. 8. 9. Et Euseb.
& Herod. lib. 1. cuius summa Ariō
Lesbius à Lesbo, Citharoedus o-
ptimus fuit, qui cum Tarento Co-
rinthū multis opibus peteret: &

B 2

A N. M V N. 335^o

videret sibi in mari tendi à nautis
insidias: petijt ut cithara paulum
caneret: ad cuius sonum, cum
Delphini conuenissent, excussit
se supra vnum: & ita imminens vi-
tauit periculum, in portum Tena-
rum transportatus. Haec tenus Ser-
uius in hunc Vergilij locum, Or-
pheus in syluis, inter Delphinis
Arion, ecloga 8.

Sappho Lesbia Lyrica, nomen
mulieris vatis. Vnde Sapphici ver-
sus appellati. Plectrum prima in-
uenit, & floruit tempore Tarqui-
ni prisci, Olympiade 42. Eius car-
mina Lyrica impressit Henricus
Steph. 16.

An. Mun. 336^o. Ante Chr. 602.

ALCAEVUS Mitylenæus nobilis
poeta Lyricus, æqualis Pittaci, cu-
ius vitam descripsit Gyraldus.
Scripsit plura carmina, quorum
reliquias impressit Henricus Ste-
phanus Genevæ an. 1573. Eiusdem
duo versi leguntur apud Stobæ
um, in vituperio paupertatis. Ver-
sus item in Philippi vituperium
scriptos ab eodem, recitat Plutar-
chus in Q. Flaminij vita. Versibus
suis tyrannos estinsectatus, vnde
Minaces Alcæi Camœnæ dictæ
sunt: quoniam adeo amarus fuit,
vt austerioritate carminis sui multos
de ciuitate ejceret.

A N. M V N. 336^o.

Stesichorus poeta clarus habe-
tur. Suid. moritur an. Mun. 3405.
reliquias eius carminum impres-
sit Hen. Steph.

An. Mm. 337^o. Ante Chr. 592.

Epimenides Cretensis poeta.
De Epimenidis somno fabula
est nota. Sunt qui illum non ob-
dormisse, sed ad tempus expatia-
tum asseuerent, intentum videlicet
radicibus secandis. Fertur pri-
mus domus atque agros expia-
uisse, delubraque erexit. an. M.
3368. Athenas emundauit, quo
tempore rex Babyloniorum Na-
buchodonosor è regno ob insa-
niam pulsus in agro egit. Eius scri-
pta recenset, Diuus Hierony-
mus & Laertius: quorum N. ext.
præter Epistolium ad Solo-
nem.

An. Mun. 338^o. Ante Chr. 582.

HESIODVS Cumanus Ascraeus
vixit, secundum complurium
sententiam, post Homerum an-
nis centum exactis. Fuit sacer-
dos templi Musarum in Helico-
ne. Eius opera Græcè & Latinè
sunt excusa Basileæ, Tiguri, Li-
psiæ, & postremo Genevæ in
folio.

SEPTEM

A.N. MVN. 3380.

SEPTEM SAPIENTES de
primis in Græcia sapientib. quo-
rum hæc sunt nomina.

Thales.

Solon.

Periander de quo 3340.

Cleobulus de quo hic.

Chilon qui an. 3400.

Bias.

Pittacus. Addunt quidam.

Anacharsim Scythæde quo 3410.

Mysonem Cheneum.

Pherecydem Syrum, æqualem
Thaletis.

Eumenidem Cretensem.

Pisistratum tyrannum, qui flor.
ab an. mun. 3410.

Passim eor. dicta sunt impressa.

Bias Prienæus, vñus è septem
sapientib.

Scripsit de Ionia, quanam ratio
ne florens & beata esse possit, ad
duo millia versuum. N. ext.

Cleobulus, Euagoræ filius Lyndius,
vñus è septem Græciæ sapi-
entib. Robore & pulchritudine
corporis eximius. E Lyndo Ægyptum
philosophandi gratia peti-
se fertur. Extat eius breuis ad So-
lonem epistola.

Filiam habuit Cleobulinam, vir-
ginem doctam, quæ sexametris &
nigmata quædam prescripsit. De-
cessit Cleobulus annos natus 70.
Hic dixit amicos atque inimicos
beneficijs prosequi oportere: hos

A.N. MVN. 3380. 7

utramicos: illos ut amiores red-
damus. Diog. Laertius & Suidas.

Myson Chenensis, cuius Plato
meminit in Protagora: septem sa-
pientibus annumeratur. Cuius di-
ctum fuit: Non ex verbis res, sed
ex rebus verba inquirenda, neque
propter verba res perfici, sed re-
rum gratia verba consummari.
Defunctus est anno ætatis 97.

Pittacus Mityleneus vñus è se-
ptem Græciæ sapientib. cuius di-
cta apud Stob. P. utarch. & La-
ertium.

Hic in templo Fortunæ scalam
constituit, ut eius exprimeret esse
ætum, quem multi in vita morta-
les descendant, descendantq;.

Solon Atheniensium legislator
apud Stob. & alios. Epigramma
sepulchro eius inscriptum Cic.
lib. i. Tuscul.

Hic est quem Crœsus rex Ly-
dorum Cyri captiuus, cremandus
in clamauit: quod ab eo fuisset ad-
monitus, neminem tantisper dum
viueret, felicē dici posse. Ob quam
confessionem fuit dimissus: & ita
Solon eadem oratione, alterū ser-
uavit è regib. alterum cautiorem
& prudentiorem reddidit.

Thales Milesius Ionicorum phi-
losophor. princeps, tempore So-
lonis: primus fertur scripsisse: De
Solsticio & æquinoctio, de astro-
logia, & defectionibus solis:

A.N. MVN. 3380.

Animas esse immortales.
Quanto sol maior sit luna.
Initium rerum esse aquam.
Mundum animatum esse, & de-
monibus plenum.
Anni dies esse 365.

Eius dicta referuntur à Plutar-
cho, Stobæo & Laertio.

Excessit Olympiade LVIII. an.
mundi 3417. dum gymnicum cer-
tamen spectaret, æku ac siti lap-
sus iam senex. Diogen. Laert.

An. Mun 3390. Ante Chr. 572.

Anaximander Mylesius physi-
cus. Primus terræ marisq; ambi-
tum descripsit: & sphæram insu-
per construxit, gnomonemq; in-
uenit, ipsumq; Lacedæmone in lo-
co captandæ vmbra idoneo sta-
tuit, quo conuersiones solis, & æ-
quinoctia notaret. Apollodorus
Athenien. in chronicis ait, cum
adhuc floruisse sub Polycrate Sa-
miornm tyranno. Anno Mundi
3427. & tūm egisse annum æ-
tatis 73. ac paulò pōst obiisse
diem.

Hic dixit, Infinitatē rerum om-
nium generationis, atque corru-
ptionis causam esse. Præterea cyl-
indri formæ esse terram afferit,
tantæ profunditatis, vt ad altitu-
dinem profunditas tertia inue-
niatur.

A.N. MVN. 3400.

An. Mun. 3400. Ante Chr. 562.

MEDORVM & BABYLONIO-
RVM potentia ad Persas translatæ.

Aristeas Democharidis F. Scri-
psit historias & Theogoniā. Suid.
N. ext.

Huius scriptis videtur usus Pli-
nius libro 7. Naturalis historiæ.
Vixit Crœsi & Cyri temporib.

Chilon vnum è septem sapienti-
bus in pretio est. Eius sententia
à Stobæo sunt descriptæ, Sermo-
ne 3. Vita autem à Diogene Laert.

Huius tria dicta fuerunt Del-
phis in templo Apollinis conse-
crata: Nosce te ipsum: Nihil ni-
mium cupias: Comes æris alieni
atque litis, miseria. Quum viatore
Olympiæ filio, gaudio expirauis-
set, funus eius tota Græcia prose-
cuta est. Plinius lib. 7. cap. 32.

Eugamon siue Eugrammon Cy-
renæus, qui Theogonium scripsit:
& ex Museo librum integrum de
Thesprotis surripuit, & tanquam
proprium edidit. Clem. Stromat.
6. N. ext.

MAGI apud Persas, quos Gre-
ci Philosophos, Latini Sapientes
vocant, Galli Druidas, Ægyptij Sa-
cerdotes. Cicero 1. de diuin. Sa-
cientum & Doctorum genus Ma-
gorum habebatur in Persis, quo-
rum princeps ZOROASTES, qui
Deorum cultib. & diuinationib:
studebant. Hęc docuisse feruntur.
Duo

Duo principia esse, Bonum de-
monem & malum. (dici.

Bonū Iouē esse, & Oras maden

Malum Plutonem, quem nomi-
nabant Arimanū. Homines sem-
per futuros, & eos immortales.
Omnia suis influxionibus mansu-
ta esse. Deos genitos esse.

Initium rerum esse materiam,
deinde ex ea disgregari elementa,
animaliaq; tandem perfici.

Deos esse Solem & Lunam, id
est, Osirin & Isin.

Mundum genitum esse, eun-
demq; rotundum.

Stellas ignem esse, & ex earum
intemperie omnia gigni.

Deos esse ignē, terrā & aquam.

Deorum alios mares, alios fœ-
minas esse.

Impium esse cremare mortuos,
Divinationibus & præfigijs
Deos se manifestare.

Idolis plenum esse aerem, quæ
ijs tantum apparent, qui acuti
sunt visu.

Vtebantur veste candida, lecto
gramine, cibo olere, caseo, pane
secundo.

ZOROASTES Persomedes co-
gnominatus, Persarum magister,
& magice inuentor. Fuit hic sa-
pientissimus habitus inter Persas
& Medos: cuius & adhuc quæ-
dam leguntur tum carmina, tum
soluta oratione, quæ à Ptolelo ex-

posita & interpretata sunt: vt Ora-
cula magica Græca, versibus hexa-
metris, cum scholijs: excusa Pari-
sijs Græcè & Latinè 1538. in 4 Fe-
runtur etiam alia eius scripta, vt li-
bri de natura quatuor: de lapidib.
pretiosis unus: asteroscopica apo-
telesmaticalibris 5. Suid.

Hic temporib. Medorum & Per-
sarum, vnde nomen fortius est
Persomedis, circa Xerxis tempo-
ra floruit: quod Plinius obserua-
uit. De tribus Zoroastris vide a-
pud Gyraldū: quæ sunt implicita.

A N. M V N. 3410. Ante Chr. 552.

AESOPVS Phryx, cuius vitam
descrips. Planud. clar. tempore
Crœsi regis. Extat eius vita & fa-
bulæ. Græcè & Latinè excusæ è
regione Basileq.

ANACHARSIS Scytha, philoso-
fuit Cadmæ Scytharum regis fra-
ter, versibus descripsit Scytharum
leges: de frugalitate humanæ vite
versus 800. Hic & anchoram & ro-
tam figulinam inuenisse dicitur
à Plinio. Sed teste Seneca apud
Homerum, longè antiquior inue-
nitur figuli rota. Vixit temporib.
Crœsi. Suidas. Eiusdem vitam de-
scripsit Laertius libro I. in qua &
apophegmata eius, & epistola ad
Crœsum regem leguntur. Eius-
dem epistolæ nouem impressæ
sunt ab Aldo, cum alijs diuerso-

rum Græcorum epistolis, in folio Venetijs.

Hunc philosophum Cicero scribit libro 5. Tuscul. fuisse sapientia admirandæ. Cuius imaginib. inscriptum fuit, Lingua, ventre, pudendis abstinentium esse. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmendo habebat. Idem leges aranearum telis quam simillimas esse dicebat. Interrogatus autem quo pacto, abstemius quis fieret, respondit si ebriosorum motus sibi ante oculos ponat.

Aristæas, scripsit versibus historiam Arismasporum hyyerboreorum: & Theogoniam. Suid. N. ext. vixit Croesi & Cyri temporibus.

Pisistratus Athenien. tyranus nonnullis septem sapientib. annumeratur.

Epistolium quoddam Pisistrati ad Solonem, extat apud Plutarchum, & Diogenem Laertium.

Eloquentia tanta fuit, ut ea delimiti Athenienses, libertate quam nihil charius habebant, se sponte exuerent, illiusq; facundia sanctatem Solonis posthaberent. De hoc plura vide apud Trogum lib. 2. & Cicer. ad Atticum lib. 7. 138. 3.

An. Mvn. 3420. Ante Chr. 542.

Hellenicus Mityleneus histori-

eus: cum Herodoto olim apud Amyntam Macedonū regem versatus. Scripta plura. Suid. Athænæns. N. ext.

Hipponax poeta. Suid. Eius quidam senarij aliquoties proferuntur à Ioan. Stob.

Ab hoc Iambicum Hipponeticum, siue Hipponaictum, quod & Scazon dicitur, nomen sumptissime videtur. De eius vultus fœditate, & carminis amaritudine, vide Plinium lib. 36. cap. 5.1.

PHOCYLIDES Milesius philosophus æqualis Theognidi, post annos 647. à bello Troiano, Olympiade 59.

Scripsit carmina & elegias, parangēs siue sententias, subtractas ex carminibus Sibyllinis. Suid.

Extant eius præcepta excusa cum alibi tum Basileæ apud Frobenios, cum fabulis Æsopi. Parisijs cum sententiosis poetis: Genueæ apud Hen. Stephanum cum Homero.

THEOGNIS Megarensis clar. Olympiade 59. Cuius gnomologia excusa Basileæ ab Oporino anno 1551. Græcè cum commentario Ioachimi Camerarij, & Latinè postea conuersam carmine à Jacobo Scheggio: ibid. ab eodem, & ab Henrico Stephano in fol. cum Homero.

Xenophanes Colophonius Anaximandri

A N. M V N. 3420.

ximandri etate vixit, & clar. auto-
re Laertio circa 60. Olympiadem.
Scripsit contra Hesiodum & Ho-
merum subsannans ea quæ de dijs
dixere Laert. Strabo libro 4. Et
Cicero 4. Academ. Xenophanes
paulò etiam antiquior: vnum esse
omnia, neque id esse mutabile, &
id esse Deum.

Attigit annum ætatis 102. teste
Laertio. Vnde rectè dicitur do-
cuisse adhuc post Telaugem fili-
um Pythagoræ circa annū mundi
3470. ibi vide de eodem plura.

Carmina illius quæ adhuc ex-
tant impressa sunt ab Henrico Ste-
phano 1573.

An. Mun. 3430. Ante Chr. 532.

Hippias poeta scripsit multa
quæ enumerat Suid. & citantur
ab Athenæo & Plutarcho, hodie
N. extat.

Docuit Autarciam, id est, virtu-
tem suis rebus contentam finem
esse bonorum.

Pherecydes Syrius historicus
Pythagore magister, auditor Pit-
taci, clar. Seruio Tullio apud Ro-
manos adhuc regnante, de quo vi
de Cicero lib. 1. Tuscul.

Eum Theopompus asserit pri-
mum omnium de natura, & dijs
scripsisse: quæ non ext. Plurima
de illo & stupenda memorantur:

A N. M V N. 3430. 9

vt prædixerit futura, quæ mox,
vti dixit euenerunt. Morbo pedi-
culari consumptū tradunt: quem
non nisi digito per claustra ostij
porrecto, amicis pro forib. stan-
tibus, & quo in statu sit interrogan-
tibus, ostendere solitus fuit. La-
ertius scribit fuisse circa Olym-
piad. 69. id est, anno mundi 3460.
fortè hac vita defunctum.)

Thespis poeta tragicus, clar. O-
lympiade 61. Suidas tragedias ab
eo editas commemorat. Hodie
non ext. successor Anaximandri.

An. Mun. 3440. Ante Chr. 522.

Anaximenes philosophus Mile-
sius coœvus Pythagoræ ad quem
extant eius epistolæ duæ apud La-
ertium, rectè à doctiss. Morelio in
hoc tempus 63. Olympiad. collo-
catur: qui quoque secundum Eu-
sebium iam anno mun. 3400. O-
lympiade 54. vixisse potuit, & tum
Anaximandri auditor fuisse, uti an
notat Laertius. Cum his non con-
uenit quod Apollodorus referen-
te Laertio annotat 63. demum O-
lympiad. fuisse natum.

Hic principium rerum aera o-
pinatus est, quem genere infinitū,
qualitatib. finitum aiebat, cuius
cōdensatione ac rarefactione cun-
cta gigni putauit, &c. Scripta alia
præter epistolas illas duas ad Py-
thagoram. N. quæ sciam reliquit.

C

*Democedes Medicus Græcus,
apud Persas clarus habetur. Herodot.lib.4.*

Hic cum inter Darij captiuos
esset, & Darius ipse pedib. graui-
ter laborans, à suis medicis curari
non potuisset, ipse vinctus com-
pedib. regem morbo liberauit: yn
de postea maximo in honore a-
pud regem & Persas habitus fuit.

*P Y T H A G O R A S Samius seu
Tyrrhenus Italcorū philosophorum
princeps auditor Pherecydis. Olympiade 60.*

In Italia Crotone consedit, vbi
populos assuetos luxuriæ, autho-
ritate ac doctrina ad frugalem cul-
tam reuocauit. Venit in Italiam
Tarquinio Superbo regnante. Ita-
lica philosophia à Pythagora de-
fluxit.

Docuit in ultima ora Italizæ, ma-
gna Græcia, fuitq; doctrina obscu-
ra, plena ænigmatum, & ad usum
communè minus accòmodata, vt

Ex numeris omnia constare.

Monaden initium rerum esse.

Diadem rerum esse materiam.

Inde numeros nasci, puncta,
lineas, plana, corpora, &c.

Mundum animantem esse & in-
telligentem.

Omnia quæ sunt in inferiore
aere mortalia esse.

Quæ in superiori, immortalia
& diuina.

Animam immortalem esse.

Acrem plenū esse dæmonibus
& heroibus: inde somnia & diui-
nationes immitti hominibus.

Virtutem harmoniam esse.

Beatum esse qui animo & inge-
nio valeat.

Abstinendum à carnibus, ouis,
fabis.

Se non esse sapientem sed phi-
losophum, id est, sapientiæ aman-
tem professus est.

Symbola Pythagoræ edidit Li-
lius Gregorius Gyraldus Ferrariensis.
Extant in operum eius, to-
mis 2. excusis in folio Basileæ, a-
pud Guarinum.

Epistolia etiam quædam Pytha-
goræ impressit Aldus. Poemata
cum interpretatione Viti Amer-
bachij, impressit Basileæ Ioan. O-
porinus an. 1554. o. Et. 10. & dimid.

Moritur an. Mundi 3468.

*Pythagoræ philosophi à Pytha-
gora. Quia arcanos congressus, &
fuos quosd. ritus Pithagorici ha-
buerunt, propter tyrannorum su-
spiciones deleti sunt. Phil. Mel.*

*SIMONIDES. Cous Lyricus, cu-
ius carmina quæ hodie exiāt, Græ-
cè & Latinè edita sunt ab Henri-
co Stephano Genevæ, cum cæte-
rorum Lyricorum carminibus.*

*Timocreon Rhodius comicus ve-
teris comœdiæ, scripsit contra Si-
monidem poetam. Suid.*

An.

A N. M V N. 3450.

An. Mun. 3450. Ante Chr. 512.

Alcmaeon Crotoniata, Pythagoræ auditor, cuius quædam placita in medicina, extant apud Stobæum sermone 98.

Videtur primus de naturæ ratione scripsisse. Animam dixit immortalem, moueriq; modo Solis. Diogen. Laert.

Laius Charbini Hermionen. ex Achaia ciuitate, clar. tempore Darij filij Histaspis: Hic primus de Musicalibrum scripsit. Suid.

Melanippides Melius Olympiae 65. apud Suid. & Athen. Scripsit carmina N. ext.

Zopyrus nobilis Persa, cuius fidé & operā rarā Darius rex expertus fuit. Eius n. astu ex deformatione vultus Darius Babylone potitus fuit. De quo rex dicere solebat, se Zopyrum malle integrum, quam viginti capere Babylonias. Vide Herodotum circa finem libri quarti.

An. Mun. 3460. Ante Chr. 502.

Democritus Philosophus hic collocatur à Funckio in Olympiad. 69. at à Morellio in Olympiad. 80. infra an. mun. 3510.

Hellenicus Historiographus in hac serie collocatur à Funckio. Suidas & Athenæus plurima eius scripta commemorant. N. ext.

HERACLITVS Tenebrosus

A N. M V N. 3460. 7

Ephesius, flor. tempore Darij Histaspis filij: cuius vitam descripsit Laertius: & epistolam qua Dario se accersenti, respondit, exposuit. Aliæ eiusdem epistolæ sex, Venetijs ab Aldo sunt excusæ, in Graeco volumine epistolarum. Suidas eum collocat in an. Darij vltimi. Hic Heraclitus ille est, qui quoties domo egrediebatur, flebat; quem admodum Democritus ridere dicebatur: alteri enim omnia, quæ agimus, miseriæ: alteri ineptiæ, videbantur.

Simonides, filius sororis Simonidis Cæi, cognominatus Melicerta, qui ante bellum Peloponesiacum fuit, scripsit genealogiam libris tribus. Suid.

An. Mun. 3470. Ante Chr. 492.

Telauges Pythagoræ filius & discipulus, philosophus, magister Empedoclis, qui clar. an. M. 3510. Eius scripta N. ext. citantur à Suidâ & Laertio.

Xenophanes Pythagoricus Cœlophonius, de quo iam supra ad an. mun. 3420. docuit adhuc post Telaugem filium Pythagoræ.

Mundos esse infinitos.

Dei naturam, non esse specie humana, sed figura rotunda.

Deum omnia videre & audire.
Quicquid natum est interire.
Animam spiritum esse.

C 2

A N. M V N. 347 o.

Zeno Eleates, qui clar. Olympia de 70. Laert. inquit Olymp. 60.

Hic fuit Dialeticæ inuentor: si cut Empedocles Rhetorices, teste Aristotele: reliquit volumina sapientiæ plenissima. Laert. & Suidas N. extat.

Docuit: Vacuum nihil esse.

Oriri homines ex terra.

Omnia ex calido, frigido et sic co nasci.

Animam temperatione esse ex elementis.

An. Mun. 348 o. Ante Chr. 482.

Anaxagoras philosophus, tempore Xerxis Persarum regis, Olympiad. 74. Scripsit de regno. Astronomica, & alia N. extantia.

Docuit, Res omnes simul factas esse.

Deinde ornatæ à mente fuisse, & distinctas.

Nuem nigram esse dixit. Cic. 4. Academ. 129. Hic totum patrimonium suis sponte reliquit: & patriæ excedens, ad speculandum naturam rerum se contulit. Accusatus amicè, quod nulla ei patriæ cura esset, respōdit: Mihi verò patriæ cura est, & quidem summa, dictum in cœlum intendens., &c. Decessit secundum Apollodori in chronicis notationem Olympiadis 78. anno 8. an. mun. 3497.

Diogenes Apolloniates, fuit A-

A N. M V N. 348 o.

naxagoræ temporibus. Hunc ait Demetrius Phalereus in Socratis defensione Athenis, præ nimia inuidia periclitatum de vita. Eius opiniones de mundo recitat Laert. N. scrips.

Diagoras Milesius philosophus & poeta Melitus, post Pindarum: quem Democritus ob physiognomiam, quum seruus esset, emit milie drachmis. Vocatus est ab O: quod nullos Deos esse putaret. Quare ab Atheniensib. pulsus est, qui talentum polliciti sunt ijs, qui eum interfecissent. Suid. Cicero gaudio exanimatum scribit lib. 1. de Nat. deor. 85. vide etiam Gelium lib. 3. cap. 15. N. scrips.

Leucippus Zenonis Eleatæ auditor, anatomicorū autor docuit, omnia esse infinita, & inter se mutari.

Quicquid est, vacuum esse aut corpus.

Rerum initia atomos esse.

Mundos esse infinitos.

Scripsit magnum Diacosmum, qui aliás Democrito inscribitur. Laertius.

PINDARVS Lyricus poeta, Thebanus natus fuit Olympiade 65. quadragenarius fuit in expeditione Xerxis Olympiade 74.

Altissimus fertur & verborum & sententiarum copia: quem etiam non imitabilem Horatius scribit 4. carm. Ode 2. 1.

Scri-

Scriptis Olympia, Pythia, Nemea & Isthmia, id est, encomia illorum qui in quatuor istis ludo-rum generibus, victores extite-runt: quæ sunt excusa Venetijs apud Aldum Græcè: & cum com-mentarijs Græcis antiquis Romæ an. Dom. 1515. & Francofor. 1542. Et Græcolatina cum cæterorum oœto Lyricorum carminibus edi-dit Hen. Steph. in 16.

TIMAEVS Locrus philosoph⁹ Pythagoricus antiquior Platone à quo citatur, vitæ Pythagore de-scriptionis autor: Suid.

Eius in fine Græcorum Plato-nis operum extat libellus, de natu-ra & anima mundi. Quin etiam in Dialogo Timæo, ipsum Plato de natura differentem inducit.

An. Mun. 3490. Ante Chr. 472.

AESCHYLVS Athenien. pri-mus in lucem protulit Tragœdi-as: teste Quintiliano: cuius tragœ-dias sex Aldus impressit Venetijs. 1518. Et totidem, Adrianus Turne-bus Parisijs an. 1552. Etrursum Ve-netijs an. 1552. Cum commenta-rijs Francisci Robortelli, apud Gualtherum Scotum, & septem cum scholijs apud Hen. Steph-a-num anno 1557. Latinas edidit Io annes Sauromanus Basileæ 1550. Etrursum Græcas omnes Guili-

elmus Canterus, Antuerpiæ 1582.

Hic cum in fatis esse audiret, vt ex iœtu supernè veniente mori eū eporteret, teœta vitauit, & sub dio manere solitus fuit: sed ex a-quilæ ore, demissa testudo, eiusq; capiti capillis vacuo illisa: eo iœtu extinctus est anno 58. de quo Valer. Volat. Plin lib. 10. cap. 3. Quin-til. lib. 10. cap. 1. Cic. 2. Tusc. 39.

SOPHOCLES, Atheniensis, poe-ta tragicus, equalis Periclis, eiusq; collega quandoque in prætura: Hunc Cicero diuinum poetam li. 1. de diuinat. vocauit. Decelsit post Euripidem annos VI. Cui styli magnitudine prefertur, licet eius sententijs inferior. De quo Cic. de Senec. Sophoclen ex insperato gaudio ob victoriam ex tragœdia quadam repentinō obiisse, Valerius autor est. Eius tragœdiæ 7. extant, quas Aldus Græcè impressit Venetijs: Et Seckerius Hagenoœ cum commentarijs Ioa-chimi Camerarij: Et Henr. Steph. cum annotationibus in 4. anno 1568.

Zeuxis pictor clarissimus ha-betur.

An. Mun. 3500. Ante Chr. 462.

Pericles Atheniensis, clarus au-torate & eloquentia, quem Oli-mpium poetæ comici vocant,

A.N. M V N. 3500.

quod tonare in concionibus ac fulmen ciere, videretur. Suggestum ascensurus, dijs vota faciebat, ne verbū se imprudente, aut inuito efflueret, quod ad rempu minus pertineret. Periclis etiam meminit Cicero in Bruto, & i. de Offic. Meminit & Quintil. lib. ii. cap. 2. Et lib. i. cap. 18. Item lib. 12. cap. 8. 9. & 10. & lib. 3. cap. 1. Vbi multa de eo reperias. Hic primus scriptam orationem in foro recitauit, cum antea ex tempore dice retur. Suid. N. eius scripta ext.

An. Mun. 3510. Ante Chr. 452.

Archelaus discipulus Anaxagorae qui ex Ionia philosophiam Athenas transtulit. Docuit

Ortus rerum duas esse causas, calidum & frigidum.

Animalia ex luto gigni.

Iustum & iniustum non natura, sed lege constitutum esse.

Vocem percussionē esse aeris definit.

Maximum astrorum solē esse.

Vniuersum infinitum esse.

Eius discipulus fuit Socrates de quo vide ad an. mun. 3510. N. reliquit scriptum.

Aristarchus Samius poeta Tragicus astronomus & geometra Astronotus primi temporibus clar.

Eius astronomica & geometri-

A.N. M V N. 3510.

ea quædā extant manu scripta in 4. in Bibl. Imp. Viennæ & Romæ in Bibl. Cardinalis S. Floræ nondum impressa.

Democritus Abderita Leucippi discipulus vixit Olympiade 80.

De quo Iuuenal. Saty. 10. Democritus perpetuo ridens.

De atomis idem docuit quod magister.

Animi tranquillitatem summū bonum esse, quam ἐνεργία, ἀνθροπίνης & ἀκαπνίας appellabat.

Scripsit plures libros quos Laertius in 6. classes distributos enumerat. Morales. Naturales. Incompositos. Mahematicos. Musicos & Medicos aliarumq; artium. Ex his extat tantum Epistola ad Hippocratem, quæ cum reliquis veterum epistolis ab Aldo excusa est. Eiusdem physicam cum commentarijs Synesij & Stephani cuiusdam Græcè manu script. habet Ioannes Dee Anglus.

Empedocles physicus discipulus fuit Pythagoræ, & inuentor Rhetoricæ. Animum esse censebat, cordi suffusum sanguinem. Cic. i. Tusc. 30. Et de nat. Deorum libri. 1. 43. De eodem scripserunt Horat. in arte poet. Gellius lib. 4. cap. 11. Et Cælius lib. 11. cap. 18.

Scripta eius enumerat Suid. N. ext. De sphæra lib. 1. Græcè habetur in Bibliotheca Strozzæ.

HERO-

HERODOTVS Halicarnassæus, scripsit historiarum libros novem: quos Musarum nominibus inscripsit. Item Homeri vitam: excusa nouissimè Græcè & Latinè apud Henricū Stephanum, in fol. & olim Venetijs apud Aldum: & alibi. Hunc Cic. in lib. 1. de legib. appellat historiæ parentem.

Parmenides physicus. Func. vi-de ad an. 3470.

Pherecydes Lerūis historicus natus paulò ante 75. Olympiadē circiter ann. mun. 3480. scripsit quædam quæ enumerat Suid. nō extantia.

An. Mun. 3520. Ante Chr. 442.

Melissus philosophus cum Heraclito venit in colloquium, &c. flor. circa 84. Olympiadem referente Laertio.

Phidias Atheniensium artificū celeberrimus floruit. A Plinio inter primos numeratur, qui artem Statuariam cum laude exercuerit. lib. 34. cap. 8.

Simulacris Phidiæ nihil in illo genere perfectius. Cic. in orat. 5.

PICTURA & STATVARIA artes in Græcia cœperūt Plin. li. 36. cap. 5.

An. Mun. 3530. Ante Chr. 432.

ARISTOPHANES poeta comi-

eius Rhodius siue Lydius genere, lege vero Athenien. Inuentor tetrametri & octometri versus. Hic Atticæ lingue nobilitate adeò præ polluit, vt Dionysio roganti, Athenienses aliquem eius sermonis eruditum autorem, hunc miserint, de quo Horat. li. 1. Serm. Satyra 4.

Eius comœdiæ nouem cum antiquis commentarijs Græcis impressæ sunt ab Aldo Venet. 1502. & Florentiæ 1515. Extant autem comœdiæ vndecim, excusæ Basileæ 1548. & Parisijs anno 1528. & Latinè D. Iustinopol. interprete.

Crito Atheniensis.

Socratis amantissimus studiosissimusque: cuius curam ita egit, vt nunquā aliiquid ex suis quæ sunt ad usum necessaria illi defesse pateretur. Scripsit dialogos 17. N. ext.

EVIRIPIDES Athen. poeta tragœdus natus est an. mun. 3482. quo die Xerxes rex ab Athenien. fugatus est, vixit annis 75. Noctu excedens à canibus disceptus obiit an. mun. 3557. claruit Archelai Macedonis regis tempore.

Scripsit in vniuersum fabulas 92. ex quibus extant decem & novem, quæ Basileæ Græcè & Latinæ sunt editæ in fol. & Venet. & Antwerp. in 16. an. 1571.

Cicero de Euripide ad Tironem libr. 16. Euripides, inquit, cui tu,

A N. M V N. 3530.

quantum credas, nescio, ego certe, singulos eius versus, singula eius testimonia puto. Grauitate enim sententiarum, etiam maximis philosophis par, ut Quintilianus ait.

HIPPOCRATES Cous medico rum princeps. Vixit apud Perdicam Macedoniam regem. Excessit è vita annos natus CIII. Eius libri, tanquam diuino emanauerint ore, vbiq; celebrantur. Suid. Excusi sunt tomis 2. Basileæ, Argentinæ, Lugduni, Venerijs.

Melitus, accusator ille Socratis. Suid. N. scripsit.

Nicochares Athenien. Comicus æqualis Aristophani. Suid. & Athen. N. ext.

Nicomachus Athenien. Tragicus contemporan. Euripidi. Suidas ex fabulis eius Oedipum esse scribit.

Nicophron Athenien. Comicus apud Suid. Aristophani coequalis. N. ext.

Philistion Prusaensis comicus, obiit viuente Socrate, præ nimio risu. Suid. Scripsit res incredibilis. Epiphan. N. ext.

Plato comicus, viguit cum Aristophane Phrynicho. Suid. eius fabulas enumerat: sed N. ext.

Prodicius ex insula Ceo, physicus, æqualis Democrito. Stobæus quasdam eius sententias refert.

A N. M V N. 3530.

Protagoras Abderites aut Teius, auditor Democriti, præceptor Isocratis, primus sophisticè professus est, & mercedem à discipulis exegit centum minas. cuius libros, quod de dijs dubitarēt, decreto publico Athenienses exusserunt. A Laertio plures eius libri enumerantur. N. ext. ex quorum duobus, (nempe contradictionum,) Platonem totam ferme rem publ. suam sumpsisse Aristoxenus afferit.

Simon Athenien. Coriarius. Quoties ad eius officinam perrexisset Socrates, atq; dissereret, omnia quæ meminisse poterat notabat. Huic cum Pericles polliceretur, si ad se veniret, cuncta illi necessaria exhibitrum: Libertatem inquit, vendere, consilij non fuerit. Laert.

Socrates discipulus Archelai autor philosophiæ de moribus, natus Olympiade 77. anno mun. 3493.

Vnicum bonum scientiam esse dicebat: reliquas res nihil sancti habere.

Se hoc vnum scire, quod nihil sciret.

Physica & cætera illius generis nihil ad nos pertinere.

Aliorum sententias refellere, quam suas statuere malebat.

Ex eius varijs in omnem partem dif-

tem diffusis disputationibus, plures fluxere discipuli. Et quum alius aliud apprehenderet, proximatus sunt, quasi familiæ dissentientes inter se, quum tamen omnes se philosophos, Socratis & dici vellent, & esse arbitrarentur. Primum ab ipso Socrate, Plato, à Platone, Aristoteles & Xeno-crates, &c. Socratem nihil vñquā scripsisse constat, sed eius dissertationes à Platone commemo-rantur.

Hic est Socrates, qui æquabili-tatem in omni vita seruauit, ut idem semper vultus, eademque frons siue prosperis, siue aduersis rebus extiterit usque ad extre-mum vide Plin. lib 7. cap. 19. 1.

Sophron Syracusius claruit Eu-ripidis tempore. Suid. Scriptit mimos, N. ext.

THVCYDIDES Athenien. hi-storiographus bello Peloponen. & Athenien. (quod descripsit,) interfuit Olympiade 87.

Duxit uxorem diuitem, è Thra-cia oriundam: cuius opes affec-tus, non in voluptates, sed partim in otium literarū erogavit. Nam bellū Peloponēs. scribere aggressus, tempore quo illud gerebatur, Atheniensibus pariter ac hosti-bus Lacedæmonijs militibus, qui bello interessent, mercedem præ-bebat, ut res quotidie veras ei re-

nunciarent: quas fidelius accipe-re sperabat, si non solum ab ami-cis, verum etiā ab inimicis edoce-retur, ne partes quisque suas fallō tueretur.

Grauitus sanè & probè, res ge-stas & bella & prælia narrat Thu-cyrides. Cic in orat.

Eius historiarum libri 8. Græci impressi sunt Floren. an. 1506. cū commentarijs Græcis anonymis, & Basil. 1540. & Latine Vito Vias hemio interprete. VVitenb. 1569. & postremo Genevæ ab Hen. Stephano Græcè, & seorsim etiam La-tinè in fol.

ZOPYRUS Physionomista: qui cū turpia quædam & à virtute aliena de Socrate dixisset, ac à multis idcirco derideretur: Non errat, (So-crates respondit) Zopyrus: Huius modi enim natura essem, nisi natu-ram philosophia superasse. Scri-psit N.

An. Mun. 3540. Ante Chr. 422.

CEBES Thebanus Philoso-phus Socratis discipulus.

Scriptit dialogos tres, ex quibus unus, qui inscribitur Tabula, nostra ætate adhuc extat, Græcè & Latinè in Italia Gallia & Ger-mania excusa: separatim etiam pi-ctura expressa est: eandem com-mentarijs illustrarunt Ioannes Ca-mers, & Iustus Velsius.

A. N. MVN. 3540.

Euclides Megaren. philosophus auditor Socratis & insignis Geometra: qui è patria Athenas veniebat, vt Socratem audiret: & tempore belli vestitu muliebri induebatur ne nosceretur.

Docuit, Id bonum solum esse, quod sit vnum, simile idem, & semper.

Bonum appellari alias prouidentiam, alias Deū, alias mentem.

Quæ bono aduersentur, nulla esse.

Omne bonum in mente positum esse, & acie mentis, qua verū cernitur.

Hanc disciplinam secutus est Menedem⁹ de quo ad an. M. 3570.

An. Mun. 3550. Ante Chr. 412.

Agatho Comicus qui Socrate magistro usus fuit. N. ext. Agathonis (nescio an alias) sententiæ citantur à Stobæo,

Antisthenes Athenien. Socratis discipulus, Cynicorum princeps sic dictus ab impudentia & mordacitate. Docuit

Virtutem doceri posse.

Eosdem esse nobiles & virtute præditos.

Seipsa ad vitam beatam contentam esse virtutem.

Virtutem rebus non verbis metiendam esse.

A. N. MVN. 3550.

Tam esse expetendū vulgi contentum, quam opes & diuitias.

Bona honesta, mala turpia sola esse.

Nihil esse turpe, quod naturæ cōueniat. Eum secutus est Diogenes Cynicus de quo ad an. 3570.

Scripsit Antisthenes libroru[m] decem qui recensentur à Laertio. Ex quib⁹ tractatus de Aiace & Vlysse, Græcè extat ad S. Anton.

Epicharmus philosophus Cous Pythagoræ auditor: scripsit de natura rerum, &c. N. ext. obiit anno ætatis 90. Laert.

Eupolis vel Sosipolis Athen. comicus: eius dicta plura apud Athenæ. perit naufragio in Hellesponto cum pugnaretur aduersus Laedæmonios: unde cautum est in posterum, ne quis poetarum militaret. Suid. Fabulæ eius citantur ab Athenæo. N. ext.

Vitia populi magna cum libertate reprehendit. Eupolin iratum vocat Persius, quasi vehementi ira in hominum vicia inuestitum.

Megarici, ab Euclide Megaren. dicti: non multum à Platone dissentientes.

Menedemus Eretrias Megarico rū disciplinā secutus est. Scrip. N.

Phædon Eliensis philosophus, tempore Alcibiadis Athen. ducis, à quo redemptus, Socrate præceptore est usus. Scri. dialog. N. ext.

Philetarus

A. N. M V N. 3550.

Philetærus Athenien. Comicus Aristophanis comici filius. Suid. Fabulas scripsit 21. N. ext.

Polybus medicus illustris, Hippocratis discipulus & successor.

Opuscula eius aliquot Græca cum Hippocratis operibus impressa sunt. Eadem Latinè Albano Torino interprete exierunt Basileæ apud Opor. 1544. vt de tuenda valetudine, &c.

Theetatus Athenien. astrologus Socratis discipulus, primus scripsit τὰ πέντε καλοῦμενα γέρεα. Suid. N. ext.

Theffalus, Hippocratis clarissimi illius viri filius, medicus Cossus.

Scripsit libros medicinales sex. N. ext. At eius oratio in Athenien siū Senatu habita excusa est cum operibus Hippocratis.

An. Mun. 3560. Ante Chr. 402.
Antimachus Colophonius, grammaticus & poeta. Floruit tempore Lysandri, iuuene adhuc Platone. Cum poema obscurum in auditorio recitaret, aque omnes præter Platonem, (quod propter ignorantiam illud non intelligerent) discessissent. Plato, mihi inquit, pro omnibus. Scripsit expeditionem Argiorum contra Thebanos. N. ext.

Aristippus Cyrenen. discipulus

A. N. M V N. 3560. 14

Socratis: Et ab eo Cirenaici procederunt.

Scripsit historię Libycæ libros tres ad Dionysium missos. Dialogos 25. quos enumerat Laertius. N. ext. Sententiæ quædam philosophicæ habentur in Stobæi locis Docuit. Summum bonum esse motum iucundum sensus mouentem, id est, voluptatem corporis.

Dolorem summum malū esse.

Voluptatem animi finē bonorum non esse.

De rebus præteritis aut futuris, nullam esse voluptatem, sed de præsentibus solum.

Vacuitatē doloris non esse voluptatem.

Dolores corporis quām animi deteriores esse.

Voluptates corporis quām animi meliores esse.

Voluptatis causa tantum extendas virtutes, & doloris causa fugienda vitia.

Chion Platonicus Xenophontis tempore vixit.

Eius epistolæ Græcæ, excusæ sunt Venet. apud Aldum, cum diuersis aliorum epistolis.

Dionysius Siciliæ tyraonus scripsit tragœdias & comedias, & historias. Suid. N. ext.

Ephorus Cumanus. Demophilii filius, Isocratis oratoris auditor,

AN. MVN. 3560.

historicus, vixit Olympiade 93. Suid. apud quem malè Ephippi nomen pro Ephoro scriptum est.

Scripsit historiarum ab Ilij expugnatione, Troianoq; bello vsq; ad sua temporalibr. 30. & alia N. extantia.

Ephippus Suid. vide Ephorus.

ISOCRATES orator Græcorū summus:natus est circa an. M. 3530 clar. Olympiade 93. decessit Athenis centū ferè natus annos, post Cheroniæ pugnam, non sustinens clavis Athenien. nuncium. an.mun.3627. Philostratus.

Orationes eius 22. ethicæ & politicæ cum epistolis nouen, excusæ sunt Græcæ & Latinæ Hieronymo VVolsio interprete. Basil. in 8. & in fol. Eiusdē sententiaz Græcolatinæ in 8. Basil. 1572.

Niceratus Heracleotes, Lysandrica poemata scripsit, ob quæ à Lysandro, corona donatus est. Plutar. Eius hexastichon extat li. 1. Florilegij Græci.

P A L E P H A T V S Parius aut Prienen. sub Artaxerxe:

Eius liber Græcus de non credendis fabulosis narrationibus impressus est Venetijs ab Aldo, cum Æsopi fabulis. & Basileæ apud Ioan. Oporinum Græcæ & Latinæ, Philippo Phasiniano interprete.

AN. MVN. 3560.

Philolaus Crotoniata Pythagoricus. Ab hoc Pythagoricos libros emendos vt curaret, Dionis scribit Plato. Dicitur esse carminum autor, quæ Pythagoræ tribuuntur.

XENOPHON Grylli filius, Athen. Socratis discipulus. Ob eloquentiam Musa Attica vocatus: Equorum, venationis, & rei familiaris in primis studiosus, vt ex eius literis deprehendi potest. Venit in amicitiam Cyri minoris, cū quo militauit, ac πατέρας ταῦ scripsit. non tām historiæ, seruiens veritati, quām vt perfectum institueret ducem: vt Cicero in 2. de oratore testatur. Cum Platone simultates gessit, vt scribit Gellius lib. 14. ca. 3. Eius vitam prolixè descripsit Laertius.

Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt: Eius sermo dulcis. Xenophontis quippe voce Musas locutas ferunt. Cicero de Senect. 54. in oratore 17. & 34.

Omnia eius opera Græca excusa sunt Venetijs apud Aldum & Florentiæ & alibi. Latinæ vero anno 1545. & 1550. Basileæ: Sunt autem historicæ, ethica, œconomica, politica, hipparchica, varia.

An. Mun. 3570. Ante Chr. 390.

Amphis Amphicrati F. Atheniæ. veteris

veteris comœdiæ poeta, vixit Platonis ætate: Apud Stobæum extant eius dicta quædam.

Anaximander Milesius iunior, vixit temporib. Artaxerxis cogno mento Menonis.

Scriptis Symbolorum Pythagoricorū enarrationem. Suid. Item historias Ionica lingua. Eius vide tur esse heroologia, quæ ab Athenæo citatur. N. ext.

Aniceris discipulus Aristippi Cyrenaici, fundator Aniceriorum: censuit, Vitam beatam constare hic posse etiamsi doloribus iucundæ res permisceantur. N. script.

Antipater Cyrenæus discipulus Aristippi. N. quod sciam scrip.

Archytas Tarentinus, Pythagoricus nobilissimus. Admirationi summæ apud plurimos habitus fuit, in omni virtutis genere. Septies ciuibus præfectus fuit, cum cæteri plus quam annum impejare legibus prohiberentur. Platonem cum à Dionysio necandus esset, per epistolam eripuit. Extant quædam breues eius, & Platonis epistolæ mutuæ, apud Laertium.

Aristippus metrodidactus, discipulus Aristippi Cyrenen. N. ext.

Artaxerxes Magnus rex: cuius extant epistolæ tres, inter Hippocratis medici epistolæ.

Cyrenaici philosophi, ab Aristip po Cyrenæo.

De quibus Cic. Tuscul. quæst. libro 3. Atqui inquit ab Aristippo Cyrenaici philosophi nominati: omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod ef ficiens esset voluptatis. Qualis fue rit Cyrenaica philosophia, docet Diogenes Laertius lib. 2. in Aristippi vita. Vide Ciceron. lib 3. de orat. & 3. offic.

Crates philosophus tempore Artaxerxis primi: scriptis libros de Agricultura. N. ext.

DIOGENES Cynicus cognomento, senex erat Olympiade 113. an. mun. 3637. Docuit

Exercitationem duplicem esse, animi & corporis: alteram sine al tera, imperfectam esse.

Naturam sequi vitam esse beatam.

Nihil melius esse libertate.

Omnia sapientū esse, quia sunt amici Deorum.

Nobilitatem, gloriam, & cætera esse ornamenta vitiorum.

Communes debere esse uxores.

Gustari piè posse carnes humanas.

Vitam eius, dicta & facta, descripsit Laertius libro 6. Sententias eius permultas passim recitat Sto-

A.N. MVN. 3570.

bæus, vt liquet ex indice.

Epistolas eius excudit Aldus, cum reliquis veterum Græcis epistolis. Easdem Latinas Rainutio Florentino interprete, excudit Ioannes Oporinus Basileæ, in faragine epistolarum Laconicarum, an. Do. 1554. in 16.

Dionysius Syracusanus philosophus Platonicus, sororis filio eius: regno potitus est. N. script.

EUDOXVS Gnidius philosophus Platoni æqualis.

Scripta eius astronomica & geometrica enumerat Suid. Nuper vero Florentiæ Græcè editi sunt Hipparchi libri tres in Arati & Eudoxi phænomena.

Geometricorum scriptorū Eu doxi summam proponit Proclus. 2. Comment. in Euclidem.

Philiscus Milesius rhetor, Isocratis auditor. Suidas quædam eius scripta recenset. N. ext.

PLATO, philosophus Atheniensis. Ex aui paterni nomine, Aristocles vocatus fuit. Sed cū esset egregio corporis habitu, & in palestræ se exercuisset apud Aristonem palæstricā, ab ipso primū, ob humerorum latitudinē cognominatus est Plato. Natus est Athenis Olymp. 88. circa an. mun. 3579. eo die quo apud Delon Apello.

Athenis primū Socrati dedit operā: deinde dum licuit per ætatem,

A.N. MVN. 3570.

in Italiam profectus est, vt Pythagoreos audiret: vbi Philolai Crotoneiæ libros de secta Pythagorea centū minis etiā in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suū T. mæum transtulit. In Ægyptum deinde, vbi audiret Gymnosopistas, vbi libros MUSEOS legisse creditur.

Adeo autem in omni disciplina rum genere, & præfertim in philosophia excelluit, vt θεος, id est, diuinus Plato cognominatus fuerit. Vita fuit cœlebs, ac castus, vt scribit August. Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singularillum suavitate orationis fore. De quo Cicero in oratore.

Grauissimus autor & magister intelligendi & dicendi Plato. Decessit annos natus 81. an. M. 3620. morbo, vti fertur pediculari.

Docuit: Summum bonum esse, si quis Deo similis sit.

Virtutem ad beatam vitam requirere, corporis & fortunæ emolumenta, non tamen necessaria ad beatitudinem ea esse.

Animam immortalem esse, & multa subire corpora.

Quatuor rerum esse causas. Materiæ, Deum, Ideæ, & exemplar. (manas.)

Deum curare ac intueri res ha-
Tres esse animi partes, Ratio-
nem

A N. M V N. 357^o.

nem in capite, Iram in corde, Cu-
piditatem in iecore.

Primus dialogos conscripsit.
Platonis opera omnia Græcè ex-
cudit Aldus Venetijs, & Latinè
Marsilio Ficino interprete, Philip-
pus Pincius ibid. an. 1517. & Basilejæ
Froben. ex recognitione Simonis
Grynæi: & postremo ex nona in-
terpretatione Ioannis Serrani, in
fol. Genevæ Henric. Stephanus.

Sunt autem opera Platonis:

1. Ad rationem studiorum per-
tinentia. Amatores vel de philoso-
phialiber. Theages, de sapientia.
Theætetus, de scientia. Epistola
10. & 12.

2. Grammatica. Cratylus vel
de recta nominum ratione.

3. Dialektica. Protagoras cōtra
Sophistas. Eutydemus siue litigio
sus. Hippias minor, de mendacio.

4. Rhetorica. Gorgias.

5. Poetica. Io de furore poetico

6. Physica. Timæus de genera-
tione mundi: Fortè huc etiā refer-
ri potest, titulotenus, Phædo de
Anima: & Axiochus de morte: quā
quā potius ad theologiā Platonis.
duo posteriores tractat. pertinēt.

7. Methaphysica & Theologica
Platonica. Sunt

Alcibiades primus, de natura
hominis.

Alcibiades secundus, de voto.

Euthyphro, de sanctitate.

Parmenides, de uno rerum

A N. M V N. 357^o. 16

principio.

Sophista, de ente.

Conuiuiū Platonis, de amore.

Crito, de eo quod est agendū.

Phædon, de anima.

Epistola è duodecim, septimæ
secunda & tertia.

Axiochus, de morte.

8. Ethica Sunt

Hipparchus, de lucri cupiditate.

Menon, de virtute.

Philebus, de summo hoīs bono

Hippias maior, de pulchro.

Lysis, de amicitia.

Charmides, de temperantia.

Laches, de fortitudine.

Clitophon, exhortatorius.

Phædrus, de pulchro.

9. Politica Sunt

Minos, de lege.

Ciuilis, de regno.

Menexenus, funebris oratio.

Libri decem, de republica.

Libri duodecim, de legibus.

Epinomis, legum appendix.

Epistola prima, secunda, quarta,
quinta, sexta, septimæ pars, octa-
ua, nona, vndeclima.

10. Historica. Apologia Socrat.

Epistolæ 12. (10.

Critias de Att. & Atlantico bel.

¶ Phædrus discipulus Platonis,
cuius nomine Plato nobilē librū
edidit, qui inscribitur Phædrus.

An. M. 358^o. Ante Chr. 380.

ACADEMICI philosophia

A.N. MVN. 3580.

Platone qui Academiz p̄fuit.

Epides philosophus Cyrenaeus discipulus Antipatri Cyrenę. N. scripsit.

Monimus Syracusanus Diogenis Cynici discipulus: cum famulus mensariorum cuiusdam Corinthij fuisset, simulata vesania ab ijs cere monetam omnemq; mensae pecuniā capere: sic à Domino repudiatus, ad Diogenem sese contulit. Scripsit ludicra sententijs serijs permixta. N. ext. Laert.

PARMENIDES Eleates, floruit teste Laertio Olympiade 99. Eiusque nomine Plato dialogum inscripsit, vocavitq; Parmenidem, siue de ideis. Docuit

Terram rotundam esse, & in medio mundi iacere.

Duo esse elementa, terram vt materiam: ignem vt opificem.

Rationem veracem esse, sensus vero fallaces.

Eundem esse Hesperum & Luciferum.

Eius physiologiae fragmenta excusa sunt ab Henrico Stephano, an. Do. 1573.

Philosophus, discipulus Socratis & Platonis. Suidas eius scripta enumerat. N. ext.

Theodorus Atheus Aristippi metrodidaeti auditor: vnde Theodorij dicti. Docuit

Deos nullos esse.

A.N. MVN. 3580.

Lætitiam & gaudium summum esse bonum.

Tristitiam malū esse externum. Bona esse prudentiam & iustitiam.

Malaverò, quæ sunt illis contraria.

Scripsit librum de Dīs, ex quo Epicurum multa sumpsisse assertunt. N. ext.

Thrasymachus Sophista, Isocratis & Platonis discipulus. Scripsit Rhetorica quædam. Suid. N. ext.

An. Mun. 3590. Ante Chr. 370.

Eubulus Atheniensis comicus flor. Olympiad. 101. Scripsit fabulas complures quæ citantur & enumerantur ab Athenæo & Hippino. N. ext. præter eius distichon apud Stobæum, de dominis & servis.

Parabates philosophus Cyrenaicus discipulus Epitidis. N. scr. quod sciam.

An. Mun. 3600. Ante Chr. 360.

ÆSCHINES orator, Atheniensis: cuius epistolæ & orationes excusæ sunt Græcè Venetijs apud Aldum in 4. Et Latinè Hieronymo V Volphio interprete, cum Demosthenis operib. Et eiusdem atq; Demosthenis contrarie dōrations, cum Ioan. Sturmij commentariolo, Argentine 1550.

DEMOST-

A N. M V N. 3600.

D E M O S T H E N E S , oratorum Gr̄corum princeps , cuius vitam scripsit Plutarchus , de quo Cic. Demosth. vnu s eminent inter omnes , in omni genere dicendi .

Eius opera Gr̄cē sunt excusa , 62. nempe orationes apud Aldum 1504. & Latinē Hieronymo Vuolphio interprete Basileæ in fol. apud Oporinum : & alia alibi .

Erythraeus Naucrates orator , Scriptor Commentarium in Homerum , testib. Stephano de vrbib. & Eustathio .

Eubulides Milesius , plurimos in dialectica argumentandi modos tradidit : hunc Demosthenes audiuisse videtur . Diog. Laert.

Euenus elegorum poeta , in florileg. & apud Stob. magister Philisci Syracusani .

Hegeſies philosophus , secutus est Parcebatem Cyrenaicum : ipse Hegeſiacorum princeps , docuit Finem bonorum esse voluptatem , ut malorum , dolorem .

Vilitatis tantum causa expeti virtutes .

Vitam beatam nusquam constere posse , in tanta fortunā varietate & incertitudine .

Natura nihil esse iucundum aut contrā , sed opinione .

Hegeſiaci philosophi ab Hegeſia . Hegeſippus Tarentinus fortè conuus Demostheni . Eius tetraſtī-

A N. M V N. 3600. 17

cha leguntur in Planudis florilegio lib. 3. & lib. 6.

Iſocrates Apolloniates Ampelæ philosophi filius , discipulus & successor Iſocratis maioris clar. Olympiad. 103. Orationes eius quinque recensentur in biblioth. Simleri : at editionis nulla mentio .

Menedemus , nobilis inter Socraticos philosophos , Phædri discipulus , pauperis architecti filius , oriundus ex Eretria ciuitate , a quo philosophi Eretriaci dicti sunt . Cicero 4. acad.

Theodectes Aristandri F. Phaseſites Lycius , orator & tragœdus , discipulus , Platonis , Iſocratis & Aristotelis . Suid. N. ext. eius scripta .

L Y S I A S rhetor , vnu ex decem oratoribus æqualis Demostheni . Complures eius orationes recensentur , & alia scripta . Orationes quædam sunt excusæ Gr̄cē & Latinē , Erasmo Roter. interprete , in 4.

P H I L I P P V S rex Macedonum ab an. mun. 3605. Eius epistolæ extant impressæ Venetijs apud Aldum , in volumine epistolarum Gr̄carum in 4. & duæ cum orationib. Demosthenis ad Athenienses , & de corona .

An. Mun. 3610. Ante Chr. 350.

Philistus Egineta preceptor A-

E

A.N. MVN. 3610.

Ilexandri Macedonis. Conserpsit
dialogos: N.ext.

An. Mvn. 3620. Ante Chr. 340.

A R I S T O T E L E S Stagirites philosophus, Platonis auditor, pa-
tre Nicomacho medico: præ-
ceptor Alexandri Magni: cui præci-
puè charus: id benevolentius signū
vel maximum, quod Stagirā eius
patriam ab se dirutam, ipsius cau-
sa restituerit. Natus Olympiadis
99. an. 3. an. mun. 3583. Matrem ha-
buit Phæstiaden, ut scribunt non-
nulli, paruuus, gibbosus, & defor-
mis, balbutiensq;: verum diues, ut
qui socius, præceptor, & secreta-
rius regis Alexandri esset. Peripa-
teticonum philosophorum prin-
ceps: in Lycio inambulando Peri-
pateticis originem dedit. De quo
Cic. Aristoteles quem maximè e-
go admiror ait: admirabili quadā
scientia & copia: neruosus in di-
cendo: Docuit

Summum bonum actionem v-
sumq; virtutis esse in vita perfecta.

Sapientis esse, non carere affe-
ctionibus, sed eas moderari:

Beatitudinem trium honorū,
animi, corporis, & fortunæ com-
plementum esse.

Virtutes mediocritates esse vi-
tiorum.

Prouidentiam Dei, ad cœlum
vsque Lunæ protendi.

A.N. MVN. 3620.

Animam continuatæ esse motio-
nem, id est, ἔρδελέχειαν.

Artes & scientias singulatim ad
hibita methodo tractauit.

Excessit annorū 63. an. M. 3646.
Eodem quo Demosthenes anno:
hic in Apulia: ille in Eubœa ambo
profugi, persequente Antipatro.
Plutarch. in Sylla.

Eius opera, Græcè excudit Al-
dus Venetijs: & Latinè ex diuerso-
rum translationib. Basilez, tomis
duobus, & alibi passim.

D E M E T R I V S orator tem-
pore Philippi: Eius oratio apud
Philippum habita, ext.

D I C A E A R C H V S Siculus:
Aristotelis auditor.

Scripta eius enumerant Suid.
& Athenæus. N.ext.

Eius autem geographica Romæ
in Vaticana seruantur Græcè: & in
Bibliotheca Henrici Scriveri.

H E R A C L I D E S Ponticus,
Aristotelis ætate vixit.

Scripsit multa quæ enumerat
Laertius. N.ext. Eius allegorizæ in
Homeri fabulas de dijs, Græcè o-
lim impressæ sunt ab Aldo, cum
Græcis Æsopi fabulis: & Latinè
apud Ioannem Oporinum 1544.
ex conuersione Conradi Gessneri,
adiectis etiam Græcis.

Eiusdē, rerum publ. descriptio-
nes Romæ excusæ sunt, cum Ælia
ni varia historia: & cum eadē La-
tinè.

tinè Basileæ Iusto Vulteio interp.

P E R S E V S frater Demetrij:
Vtriusq; ext. orationes, exc. Paris.

Philiscus Syracusanus histori-
cus, cognatus Dionysij tyranni, di-
scipulus fuit Eueni elegorum poe-
tæ. Obijet in pugna nauali contra
Carthaginenses. Suid. Cic. lib. 2.
de orat. Philiscus quem Dionysij
tyranni familiarissimus esset, oci-
um suum consumpsit in historia
scribenda, maximeq; Thucydidē
est, sicuti mibi videtur, imitatus.
Eius historiarum libri. N. ext.

Pbiletas Cous tempore Philip-
pi & Alexandri. Stobæus aliquot
eius versus citat.

S P E V S I P P V S discipulus
Platonis clar. Olympiade 108.

Eius libellus de Platonis defini-
tionib. impress. Græcè cum Alci-
noo de doctrina Platonis, Parisijs.
Idem, ni fallor, habetur cum Græ-
cis operib. Platonis. Eiusdem di-
stichon libro 3. Anthologij sect. 33.
Scripta alia plura Logica, Ethica,
Politica, &c. quæ enumerat Laer-
tius. N. ext.

Theodectes Phæleteus superio-
ris filius. Suidas scripta eius N. ex-
tantia enumerat.

Theodorus Hierapolita. Eius
quædam citat Athenæus.

Theodori distichon lib. 2. an-
thologij sect. 13 & eiusd. Antidisti-
chon ibidem, lib. 3. sect. 7.

Theopompus orator Chius, filius
Damalistrati, natus tempore Athe-
niensis monarchiæ Olympiad. 93.
circa an. mun. 3560. vixit tempo-
rib. Philippi, cuius res gestas de-
scriptis. Suidas & Athenæus eius
scripta citant; sed N. ext.

An. Mun. 3630. Ante Chr. 330.

ALEXANDER Magnus.

Hic peragato orbe, rectori-
bus Aristotele & Callisthene vsus:
victor omnium, vino & ira victus,
morbo vinolentiæ apud Babylo-
nem exemptus est an. mun. 3639.
Eius epistolæ memorantur apud
Plutarchum in eius vita: & à The-
misticio in prefatione super lib. phy-
siorum: Et extant quædam inter
Laonicas editas in 16. Basileę an.
1554. Vna item ad Aristotelem
de Indiæ populis à Cornelio Ne-
pote Latinitate donata, est impres-
ta Basileę cum Q. Curtio.

Anaxarchus Abderites flor. cir-
ca 110. Olympiadem. Habuit hic
philosophus ad corripiendū ma-
ximam autoritatem: & ob animi
constantiam & facilem victimum
fortunatus appellabatur.

Alexandrum M. Deum se esse
arbitrantem, auertit: cum ex icta
quodam sanguinem illi fluere vi-
disset, dígito ostendens, ait, Hoc

A N. M V N. 3630.

quidem sanguis est, non autem ille
cruor diuis qualis solet esse beatis.

Cum post mortem Alexandri, à
Nicocreonte satrapa, quem viuo
Alexandro liberius reprehende-
rat: comprehensus, ferreis malleis
cæderetur: ille pœnæ suæ negli-
gens, ingeminasse dicitur: Tunde
tunde Anaxarchi vasculum, nam
Anaxarchum nihil teris. N. scrips.
Laert.

Archelaus Chorographus.

Hic omnem ab Alexandro pera-
gratam terram descripsis. Laert.
N. ext. quædam ex libro de fluuijs
allegat Stobæus.

Heraclitus Ephesius philoso-
phus; floruit temporib. vltimi Da-
rij: Suidas. Nos Laertium secuti in
tempora Darij Histaspis filij ipsum
collocauimus in an. mun. 3460.

Leo Byzantius philosophus, dis-
cipulus Platonis vel Aristotelis
apud Athen. & Suid. N. ext.

Palæphatus Abydenus histori-
cus, floruit sub Alexandro Magno
amatus Aristoteli philosopho. Sui-
das scripta N. extantia recenset.

Phanias aut Phænias Eresius
philosophus, Aristotelis discipu-
lus, apud Athenæum, & Suid. N.
extat.

Pheræcrates comicus Athenien-
sium, qui cum Alexandro militauit. Sui-
das, Athen. Stob. N. ext.

Philippides Athenien. poeta no-

A N. M V N. 3630.

ux comœdiae Olympiade III. Sui-
das N. ext.

Xenocrates secutus est Speusip-
pum Olympiade II. o. an. 2. an. mun
di 3627.

Scriptis plurima. N. ext.

Dicta tamen aliquot Xenocra-
tes à Stobæo citantur. Sunt qui A-
xiochum, dialogum de morte Pla-
tonis vulgo creditum, in Xenocra-
tem referant.

An. Mun. 3640. Ante Chr. 320.

Anaximenes Lampsacenus his-
toricus, Anaximenis Lampsaceni
oratoris nepos.

Conscriptis gesta. Alexandri.
Laert. N. ext.

Bion Borysthenites. Dicebat.

Magnum esse malum, ferre non
posse malum.

Elationem esse asserebat profe-
ctus impedimentum. Ad diuitem
auarum. Non, inquit hic substan-
tiæ possidet, sed ab ea ipse possi-
detur.

Erat etiam, risum mouere audi-
torib. maximè peritus. N. scrip.

Biones decem fuerunt: quos e-
numerat Laert.

Conon Samius Astronomus.
Eius scripta citantur à Plinio &
Higino. N. ext.

Crantor Solensis: Polemonis fo-
cius in dicendo fuit, Reliquit com-
ment. ad 30. versuum milia. N. ext.

CRATES

CRATES Thebanus, philosophus, Cynicus, Diogenis discipulus. Emicuit Demetrij Poliorcetæ temporibus ad quem Thebas obsidentem missus legatus, sua autoritate, ab obsidione patriæ remouit: autor Plutarchus. clar. Olympiade 113. Hic est, qui vt scribit Philostratus in vita Apollonij: substantiam in mare proiecit, vt liberius philosopharetur.

Scripsit Tragœdias teste Laertio. N. ext. Sed eiusdem carmen, in vitæ humanæ miseriā, (quod aliás etiā Posydippo inscribitur) habetur apud Stobæ. in sermone, Quod vita sit breuis, & lib. 1. Epigrammatum Græcorum. Epistola item Crateris quatuordecim, Aldus excudit in Græco epistolarum volumine diuersorum auctorum.

DEMADES orator Athenien. clar. temporibus Philippi: eius enim dicto, rex Philippus motus amicitiam fecit cum Athenien. vixit adhuc temporibus Antipatri, qui fuit unus ex Alexandri Magni ducibus, & regni successoribus. Hic orator confectus ætate, luxu simul & auaricia perditus fuit.

Eius aliquid excudit Aldus, in volumine 12. rhetorum. Tribus in locis citatur à Stobæo. Demadis rhetoris oratio Græca, in fol. Venetijs 1527. excusa.

DEMETRIVS PHALEREVS philosophus Peripateticus, discipulus Theophrasti, scripsit philosophica, politica, rhetorica, historica, poetica, & alia, quæ enumerantur à Laertio. Eius rhetorici tractatus sunt excusi Latine, M. Antonio Antimacho interprete, Basileæ à VVintero: Et de elocutione liber Græce excusus est ab Aldo in volumine 12. rhetorum: Et postea separatis. Eundem in Latinam linguam transtulit P. Victorius, & commentaria addidit. exc. Floren. in fol.

Huius autoris fuit dictum. Quā tum in bello posset ferrum tantum in repub. eloquentiam valere. Dicebat item amicos secundis in rebus adesse aduocatos: in calamitatibus autem sua sponte atq; inuocatos. Quomodo administra uerit repub. apud Atheniens. quantamque hominum ingratitudinem sit expertus, inuidiaq; vexatus, vide apud Laertium.

EVCLEDES qui elementa cōscriptis: & multa ab Eudoxio collata, in ordinem luculentum composuit, multaq; à Theeteto inchoata perfecit. Vixit sub primo Ptolemaeo. A quo quondam interrogatum fuisse ferunt, numqua esset via ad Geometriam magis cōpendiaria, quam sit ista σοιχείωσις: respondisse: μή εἴναι βασιλικὴ

A.N. MVN. 3640.

ἀπρωτὸν δὴ γεωμετριῶν.

Hic Euclides natu quidem est minor Platone, maior vero Erato sthene, & Archimede (hi enim æquales erant) cū Archimedes Euclidis mentionem faciat. Hæc de reate Euclidis Proclus memoriz prodidit.

Scripsit cum alia non ext. tom Optica, & Elementorum Geometricorum lib. xv. qui & seorsim, & cum cōmentarijs Theonis excusi sunt. Basili Patis. Florēt. & Argen.

Euclides totus extat in Bibl. Iacobii Marmoretæ in Italia, teste catalogo Grammatici edito à clar. viro D. Antonio Verderio in supplemento Bibliothecæ.

HIPPARCHVS Bithin. scripsit li. 3. in Arati & Eudoxi phænomena: & librū asterismorū. Græcè, omnia excusa Florēt. in fol. an. 1567.

LYCVRGVS Rhetor Athenien. unus ex decem oratoribus.

Scripsit orationes 15. quarum inscriptiones extant apud Suid. Quasdam Aldus excudit Græcè.

MENANDER Atheniensis, inter omnes nouæ comœdizæ poetæ facile princeps, strabus fuit, mente acutus, amore in mulieres insanus: scripsit fabulas vt Suidas 80. vt alij 180. quas etiam à Terentio conuersas esse, omnesque intercidisse tradunt. Fragmenta de tot fabulis pauca extant: Græ-

A.N. MVN. 3640.

cē & Latinè excus. Basilez & Geneve apud Henr. Steph. Scripsit etiam Menander epistolæ ad Pto lomeum Lagi F. regem Ægypti, flor. Olympiade 115. an. mū. 3645.

Metrocles Maronita Cratetis Thebani auditor: vir in philosophia eminens: attamē libros suos combus sit, dicens, esse somnorū imaginacula, id est, nugas & deliramenta. Docebat

Res emi partim pecunia, vt domum: partim tempore & diligentia, vt disciplinas liberales. Diuitias nocere, nisi quis digne utatur. Laert.

Neocles Atheniæ. philosophus frater Epicuri.

Scripsit de propria hæresi. N. ext. Ei⁹ est sententia Λάθη βιώσας. Suid.

Oneisicritus, cum Alexandro militauit: cuius scripsit παιδίαv & laudes. N. ext. Laert.

Polemo Atheniæ. Xenocratis discipulus multa scripsit, ex quibus nihil extat.

THEOPHRASTVS Eresseus, Platonis & Aristotelis auditor, & huius in philosophiæ professione successor: Olympiade 114. qui à diuinitate loquendi, vt Cicero ait, nomen obtinuit.

In ore semper habuit, sumptu preciosissimum esse tempus.

Scripsit plurima, quæ recensentur à

tur à Laertio : N. ext. quæ vero à tot seculis adhuc restant, omnia in unum volumen redacta, Ioan. Opor. impressit Basil. in fol. chartis 77. an. 1541. Sunt physica & metaphysica Græcè: & Latinè reddita per Theodorum Gazam, Angelum Politianum. ibid. Et Venet. & Parisijs & alibi excusa.

Obiit anno ætatis 85. relictis, fundo, hortis, deambulationibus ædibusq; hortis adiacentib. amicis, qui in ijs philosopharentur.

An. Mvn. 3650. Ante Chr. 310.

Crates Athenien. poeta Comicus, discipulus Polemonis, magister Arcefilæ, nouæ academiæ fundatoris.

Fabulas scripsit carmine hexametro: quas recenset Suid. N. ext. Eius aliquos versus citantur à Sto bæo, & in Arati commentarijs.

Diodorus Iaseus Dialecticus erat, primusq; inuenisse existimat, est involutum & cornutum disferendi genus. Apud Ptolemeum Soterem commorans, cum à Stilpone sermones quosdam dialecticos interrogatus exemplo nequiisset soluere, à rege increpatus, cronusque in iuglio vocatus, conuiuum deseruit, egressusque librum de ea propositione conscripsit, vitamq; mortore finiuit. Laert.

Epicurus, Atheniensis, natus Or-

Olympiade 109. an. M. 3623. auditor Xenocratis cum 32. esset annorum, scholam instituit & peculiaris sedē fuit autor. Vixit usq; ad successores Antigoni Gonatæ: schola eius permansit usq; ad Cæsarē primum annis 235. quibus successores habuit quatuordecim. Suid.

Docuit Summum bonum voluptatem animi quæ κατασηματική, id est, stabilis dicitur, in non dolendo posita: eam ex corporis voluptate nasci.

Summum malum, dolorem animi, qui ex corporis dolore oritur.

Virtutes voluptatis causa comparari, & eas nihil esse nisi voluptatem pariant.

De atomis idē docuit quod Democritus.

Mundos innumerabiles esse.

Imaginum quæ à rebus fluant cōcursione nosvidere & cogitare.

Animam nō esse incorporam, ideo interire cum animali.

Solem & astra tanta esse, quanta oculis videantur.

Deum nō curare res humanas.

Nullam esse artem differendi.

Sensus perpetuo veraces esse, nec falli nec refelli à re nulla posse.

Eius epistolæ ext. apud Laert.

Calculo, virinæ exitum impediente, obiit anno 107. Olympiadis, cum 72. vitæ impletisset annos.

A N. M V N. 3650.

De ipsius nomine, Homines voluptuarij dicuntur Epicurei. Hinc Horatius.

Epicuri de grege porcum, vocat hominem pingue & bene curatae cute nitidum.

Laertius tamen ex Diocle scribit ipsum & eius sectatores vallisimis & simplicissimis cibis vivisse: parcissimoque vini poculo contentos fuisse: & omnem aquam illis ad potum cessisse.

Hecataeus Abderita cum Ptolemaeo Lagi commoratus.

Eius Aëlica & liber de Iudeis citantur à Stephano & Suid. N. extat.

Menedemus vixit adhuc tempore Demetrij regis & Cratis & Stilponis philosophorum, cum quibus sermones habuit, vide Laer.

Nicolaus Myron sophista Constantinopoli frater Dioscoridis grammatici & Hipparchi & Hypati patricij. Suid. N. scrips.

Pleustus philosophus N. scrips.

Stilpo Megarensis cui Demetrius Antigoni filius, cum cepisset Megara, domum ille reseruari, cunctamq; direptam substantiam restitu curauit. Regem erga mortales beneficentiaz admonuit, tanta orationis ui, ut rex illius iam studiosus, prorsus auditor fieret. Athenis item hominum in se studia conuertit, vt ex officinis ad eum

A N. M V N. 3650.

confuerent visendum. Scripsit dialogos quos enumerat Laertius. N. ext.

THEOCRITVS poeta vetus tempore Ptolomaei Lagi.

Scripsit Idyllia sive poemata varijs argumenti, & epigrammata, Græcè, impressa Venetijs & Basilez, & Romæ: & apud Henricum Stephanum in fol. magnis literis, cum Homero. Idyllia 36. Latino carmine reddidit Helius Eobanus, impressa Basilez an. 1531.

A n. Mun. 3660. Ante Chr. 300.

Alexis Thurius comicus Menandri Comici F. scripsit fabulas complures quæ citantur ab Athenæo. N. ext. præter dicta quædam apud Stobæum: & in florilegio Planudis lib. 6. sect. 5. eius carmina decem leguntur.

Arcefilas discipulus Cratetis, nouæ vel secundum Laertium medie academiæ fundator clar. Olymp. 120.

Nullum librum scripsit: quædam tamen eius carmina à Laertio citantur: & nonnulla eius dicta, in collectaneis Stobæi leguntur.

Obiit, vt Hermippus ait, cum merum immodicè hausisset, offen dissetq; ætatis anno 75.

Eretriaci philosophi discipuli Menedemi Eretrensis.

An

A N. M V N. 3670.

An. M un. 3670. Ante Chr. 290.

CRATES Callimedes qui etiā CRATINVS Athenien. Filius, Comicus, splendido stylo, sed bibulus, & fœdæ libidinis mancipium. Scriptis fabulas 21. vicit nouies. Eius fabularū exiguae reliquias, cum aliorum comicorum sententijs. Hertelius edidit.

Cratin⁹ vide *Crates Callimedes*.

Dryſo Stilponis filius, (vti refert Laertius ex Alexandri libro de successionibus philosophorū) fuit magister Pyrrhonis.

Menedemus Cynicus Coloci Lampsaceni discipulus. Hic sumptu habitu Furiæ, circumire solitus fuit, dicens, Speculatorem se ex inferno venisse ijs qui peccarent, ut descendens hæc ibi dæmonibus renunciaret, quæ vidisset. Script. N. Laert. Nescio an adhac decuriam pertineat.

Menippus Phœnix Cynicus: fuit foenarator: & corrasis pluribus pecunijs, insidias per pessus, omnibus priuatus, præ mœrore laqueo sibi vitam extorsit.

Ipsius libri multo risu referti sunt, quos tamen nonnulli non eius esse libros, sed Dionysij & Zopyri Colophonorū, qui iocandi causa scribentes velut censori idoneo dederunt. N. ext. Laert. Casu in hac decuria collocatus, nihil

A N. M V N. 3690. 21

dum de eius tempore certi habēs.

An. M un. 3680. Ante Chr. 280.

Appius Claudius cæcus tempore Pyrrhi regis.

Eius vitam Bernardinus Rutilius descripsit: ubi & orationem eius iam ætate confecti in Senatu habitam contra Pyrrhū recenset.

METASTHENES Persa.

Eius annalium Persicorū fragmentū excusum Basileæ an. 1530. cum Myrsilo, &c.

Pyrrho Heliensis, Drysonem Stilponis filium audiuit, & Aoa-xarchum, cuius conuersationem & institutum etiam Epicurus admiratus fuit.

Nausiphanem adhuc adolescentulum in suā disciplinam allexit.

Hic philosophiam commentus est nouam, qua de omnibus nihil decernere: assensum in omnibus retinendum: Nihil tale esse reue- ra, quale videretur, sed opinione tantum omnia esse.

Vixit ad annos nonaginta Hinc eius sectatores Pyrrhonij in decuriam 3720. anni collocantur.

Ptolomæus Philadelphus rex Egypci secundus post Alexandrū.

Huius regis labore & munificencia generi humano restituta sunt, & late propagata doctrinarū studia. Ascribitur motū esse cō-

A N. M V N. 3680.

filis doctissimorum hominū, Ari
stæi, Stratonis & Demetrij Phale
ren, qui apud eum exul fuit, pul
sus Athenis. Fuerunt apud eum
& alij docti viri, Callimachus, A
pollonius Aratus, Bion, Theocri
tus, Conon, & Hipparchus mathe
matici. chron. ph. M.

Strato physicus successit. Theo
phrasto Olympiad. 123. Fuit &
præceptor Ptolomæi Philadel
phi, à quo talentis 80. donatum
aiunt. Præfuit scholæ annis 18.

Scripsit politica & physica, quæ
enumerat Laertius. N. ext.

Zeno philosophus, ex Citto op
ido Cyperi, vnde Cittius dictus:
natus an. M. 3612. Athenis in Stoā
porticu docuit: Stoicorum seclæ
conditor: decepsit nonagesimo
suæ ætatis an. Olympiadis 129. an.
2. an. M. 3702. post quem Cleantes
claret de quo ad A. M. 3700. Zeno
antiquorum libros studiosè legit.
Eius scripta politica & Ethica po
tiss. recenset Laertius. N. ext.

An. Mun. 3690. Ante Chr. 270.

ARATVS Solensis poeta cu
ijs vers. D. Paulus allegauit: autor
phænomenon, &c. clar. Olympia
de 125. regnante Antigono apud
quem ad extremum usque in ho
nore vixit.

Eius phænomena sunt impres

A N. M V N. 3690.

sa Græcè & Latinè, cum scholijs
& cum commentarijs. Basileæ &
Coloniæ.

ARISTÆAS legatus Ptolomæi
Lagi ad Eleazarum pontificē Iu
dæorum, in caussa 70. interpp. Bi
bliorum sacrorum. De qua scri
psit historiam, Græcè & Latinè
Matthia Garbitio interprete, ex
cus. Basileæ in 8. apud Opor. 1561.

Aristæus, Græcus. sub Ptole
mæo Philadelpho Ægypti rege,
gesta descripsit. Forte Aristæas est.

Aristophanes Byzantius Gram
maticus discipulus Callimachi
clar. Olympiad. 127.

Eius adhuc habemus argumen
ta, partim prosa, partim senarijs, in
aliquot Aristophanis comici fabu
las conscripta.

CALLIMACHVS Cyreneus
poeta Græcus, vixit apud Ptole
mæum Philadelphum. S. Paulus,
eius dictum, aduersus Cretenses
allegauit. Carmen eius de coma
Berenicis à Catullo translatum
habemus. Epigrammata 22. spar
sim in florilegio Planudis legun
tur. Hymni, Basileæ impressi sunt
olim, & Parisijs. Nuper Callima
chum Bonaventura Vulcanius,
Latino carmine reddidit: eius
demque hymnum Latinè vertit,
exculum cum Callimacho Hen
rici Stephani anno Domni 1577.
Præterea librum scripsit, de gen
tium.

tium originibus & migrationibus, & veterum urbium conditoribus & legibus, quo libro amissis, multæ veteres historiæ intercidere sunt. Phil. Mel. in chron.

Homerus Iunior Tragicus poeta, tempore Ptolemæi, unus de septem qui Pleiades nominantur. Dicunt Hesiodi poetæ & aqualem fuisse. Scriptis tragœdias 67. N. ext.

Lycus Troadeus philosophus Peripateticus succedit Stratoni Olympiad. 127. Vir fuit eloquens, educandis instituendisque pueris maximè idoneus. Aiebat enim adiungi necessariò pueris Pudorem, & laudis studium, velut equis calcar atque frenum. Obiit annos natus 74. afflictus podagræ morbo. N. script.

LYCOPHRON, unus è 7. poetis quibus pleiades nomen à numero tribuitur, à Ptolomæo Philadelpho receptus ut scribit Volaterranus.

Scriptis tragœdias complures quas recenset Suidas. De quibus nostra etate publicè extat Alexandra.

Lycophronis omnia extant alibi teste catalogo Grammatici, quem edidit clarus vir Antonius Verderius in supplemento Bibliothecæ.

PLEIADES poetæ fuerunt septem, sic à numero stellarum dicti: & fuerunt hi

1. Theocritus qui clar. anno mun. 3650.
2. Aratus 3690.
3. Nicandrus 3836.
4. Eantides siue Apollonius forte Rhodius 3830.
5. Philetus
6. Homerus iunior 3690.
7. Lycophron 3690.

STOICI, originem ducunt à Zenone qui in Stoa porticu dicit: eorum doctrina fuit.

Primam esse animalis appetitionem seipsum conseruare.

Finem bonorum esse, conuenienter naturæ vivere: Id vero esse ex honesto seu virtute vivere.

Honestum, virtutem & utile idem esse.

Bonum non esse ullum præter honestum, vt nec malum præter turpe.

Commoda aut incommoda corporis vel fortunæ, nec bona esse nec mala, sed indifferentia, esse tamen alijs alia anteponenda.

Bona crescere non posse aut imminui, sed omnia omnibus æqualia, & paria esse, vt etiam mala & peccata.

A N. M V N. 3690.

Officium esse, quod naturæ & rationi congruat.

Πάθη motus esse vitiosos non naturales, sed ex opinione peruersa natos: ideo ijs carere sapientes, id est, esse imparabiles, ἀπαθεῖς.

Solos sapientes esse sacerdotes, reges, dictatores, &c. liberos, innocentes, amicos, beneficos, omnium rerum dominos, formosos, inuitatos, vinciri non posse, &c. Contraria, stultos.

Nullam esse in virtute progressionem quæ leuet à miseria.

Meliores alios alijs nullos esse.

Communes esse debere sapientibus uxores.

Mundum finitum esse.

Vacuum rem esse infinitam.

Solem ignem esse syncerum.

Deū prouidere mundo & partibus eius.

Timon Nicæus, Stilponis & Pyrrhonis auditor, Antigono regi & Ptolomæo Philadelpho cognitus & charus fuit: cuius vitam conscripsit Antigonius Carystius. Aratum dicunt ab illo quæsiuisse, quo pacto quispiam Homeri poema sine menda consequi posset, respondisse illum: Antiqua si incidat in exemplaria, non ea quæ nuper emendata sunt. Scripsit ille poemata plura quæ enumerat Laertius, quorum N. extant.

A N. M V N. 3700.

An. M un. 3700. Ante Chr. 260.

Cleantes post Zenonem scholam aperuit. Scriptis pulcherissimos libros, ex quibus complures à Diogene Laertio recensentur. N. ext.

Memorix proditum est. Cleantes post Zenonem scholam aperuit. Scriptis pulcherissimos libros, ex quibus complures à Diogene Laertio recensentur. N. ext.

Lacydes, autor nouæ academiæ vt Arcesilas mediæ: Scholam habuit in horto, quæ Attalus rex fieri curauerat. Suida teste, scripsit philosophica & de natura. N. ext. Mortuus est ex paralysi quam ex immodica potatione contraxerat Olympiadis 134. anno 4. ann. mun. 3721. annis 26. in schola consumptis.

QVINTVS FABIUS PIC. TOR, bello Punico clarus, an. vr. cond. 490.

Scriptor rerum Romanarum. Ei⁹ de aureo seculo, & de origine virbis

A N. M V N. 3710.

vrbis Romæ, eiusq; descriptione
libri 2. Impressi Basil. 1539. & cū
Commentarijs Ioannis Annij Vi-
terbiensis. Antuerpiæ an. 1552.

An. Mun. 3710. Ante Cbr. 250.

Chrysippus Apollonij filius So-
lensis seu Tarsensis, Stoicæ sectæ
philosophus, Zenonis & Cleantis
auditor.

Laertius testatur à Chrysippo
fuisse scripta volumina 705. de qui
bus enumerat logicos libros 310.
& morales 121. N. ext.

Laertius Contemptorem alio-
rum hominum etiam Regum vo-
care videtur, eiique vitio vertere:
quod cum tam multa scriperit,
nulli vñquam tamen Regi quic-
quam ascripserit. Obiit Olympia-
de 143. an. mun. 3757.

An. Mun. 3720. Ante Chr. 240.

Antipater Tarsensis Stoicus phi-
losophus doctor Panætij.

Scripsit libros 2. de diuinatio-
ne vel potius de somnijs, referen-
te Cicerone lib. 1. de diuin. N. ext.

Aristochius discipulus Chrisipi,
qui scripsit epistolas ad Clean-
tem. N. ext.

Docebat

Nulla esse momenta ad eligen-
dum in medijs rebus inter virtu-
tem & vitiū, sed omnia paria esse.

A N. M V N. 3720. 23

Partem philosophiæ de natu-
ra, & artem differendi nullam esse:
quod altera sit supra nos, altera ni-
hil ad nos attineat.

Erillus, discipulus Chrysippi.
Finem esse dixit, scientiam.

Indifferentia esse omnino com-
moda corporis & animæ. N. scrip.

IVLIVS OBSEQUENS.
ab an. V. C. 505: Scripsit prodigo-
rum librum imperfectum: quem
Conradus Lycosthenes Rubea-
quensis suæ integrati ita ex Li-
uio, Dionysio, Orosio, Eutropio,
ac alijs Romanorum historijs re-
stituit, vt temporis iniuria nihil
planè interisse videatur.

Pyrrbonij, Sceptici, Ephectici,
Zetetici, & similes dicti sunt, à
Pyrrhone, de quo supra ad an. M.
3650. qui attigit annum ætatis 90.
Huc igitur eius successores collo-
cari possunt.

Panætius Iunior Nicagoræ fi-
lius Rhodius, philosophus Sto-
icus, Diogeni familiaris: Scipionis
Africanus post Polybium Megalo-
politem præceptor: is quem Ci-
cero secutum se testatur in libris
officiorum. N. de eius scriptis ext.

POLYBIVS Lyci filius Me-
gapolites ex Arcadia, præceptor
Scipionis Africani, quo tempore
& Panætius philosophus, sub Pto-
lomæo Euergete.

Eius historiarum libri Græcè

A N. M V N. 3740.

& Latinè excusi sunt Basileæ, &
alibi.

An. Mun 3740. Ante Chr. 220.

Ptolomæus Philopater. Scrip-
fit N.

*Sphærus Bosphoranus philo-
sophus, Alexandriæ cum Ptolomœo
Philopatore rege sermones con-
tulit.* Scripsit multa volumina
quæ nominat Laert. N. ext.

An. Mun. 3750. Ante Chr. 210.

Archagatus Peloponensis. pri-
mus Romæ medicus. N. scrips.

*ARCHIMEDES Geome-
tra, M. Marcelli interdicto captis
Siracusis, clarus.* Eius opera
Græcè & Latinè impressa sunt Ba-
sileæ anno 1544. cum Commenta-
riis.

*Eratosthenes Cyrenæus, Gram-
maticus, poeta, philosophus, geo-
metra & astrologus celebris fuit,
primus philologus cognominatus est.* Scripsit multa non ex-
tantia, quæ citantur ab Athenæo,
Laertio, Plutarcho, Clemente A-
lexandrino, & alijs. Elegia eius
extat apud Eutocium Ascaloni-
tanum, in Commentario Siracusa-
ni Archimedis. Tetrastichon ele-
giacum de vino apud Stobæum,
extat, de incontinentia. Distichon
libro 6. florilegij Græci, se-

A N. M V N. 3750.

ctione 23.

*QVINTVS ENNIVS poe-
ta antiquissimus, natus est Taren-
ti an. mun. 3726.*

Scripsit libros complures N.
ext. qui l'audantur à grauissimis
autorib. Fragmenta eius excusa
sunt ab Henrico Stephano, cum
a i. rum veterum poetarum Lati-
norum, fragmentis.

*Simonides Magnes, poeta Antio-
chi Magni tempore: cuius res ge-
stas scripsit, ac bellum aduersus
Galatas. Suid.*

An. Mun. 3760. Ante Chr. 200.

*MARCVS ACTIVVS PLAV-
TVS flor. an. vrb. cond. 348.*

Scripsit comedias multas, qua-
rum virginis impressæ Venetijs a-
pud Aldū, & Lugduni apud Gry-
phium 1535. Item cum Commen-
tarijs Bernardi Saraceni, & Ioan-
nis Petri Vallæ, Venetijs 1516. &
Coloniæ & Basileæ, & alibi pa-
sim.

Moritur Romæ an. mun. 3765.
qui propter annonę difficultatem
ad Molas manuarias, Pistori se lo-
cauerat: ibi quoties ab opere va-
caret, scribere fabulas & vendere
solitus consueuerat. Cicero in
Bruto pag. 525. Plautū mortuum
scribit P. Claudio L. Portio Coss.
& Catone censore an. mun. 3782.

Polemon

A.N. M.VN. 3760.

Polemon Iliensis historicus tempore Ptolomæi Epiphanius, secundum alios Aristophanis Grammatici & Panætij Rhodij tempore.

Ilij descriptionem edidit, & geographicæ complura scripsit, quæ enumerat Suidas. N.ext.

An. Mun. 3780. Ante Chr. 180.

Aristobulus natione Iudeus Peripateticus philosophus: de quo etiam in Nomenclatore Theolog.

In philosophia N. script. extat.

Iason Cyrenæus. Res gestas Iudæ Machabæi libris quinq; est complexus. 2. Machab. 2. N.ext.

M. PORTIVS CATO Censorinus natus an. mun. 3733.

Scripsit multa, politica, ethica, iuridica, historica libris aliquot & orationibus centum & quinquaginta, quarum inscriptiones vide in epitome bibliothecæ Conradi Gessneri. Ex quibus omnibus scriptis integer tantum superest liber de re Rustica, ab Aldo, & à Rerto Stephano impressus. Circumferuntur etiam quædam fragmента ex libro Originum de gentibus Italiae, impressa cum Berozo, Myrtillo, & alijs quibusdam. Oratio eiusd. de lege Oppia contra Lucium Valerium (ex Liuio ut arbitrator desumpta) Parisijs à VVechelo edita est.

Statius Cæcilius natione Gal-

A.N. M.VN. 3780. 24

lus comœdiarum scriptor, claret: familiaris fuit Ennio, annoq; post mortem eius ipse quoq; interiit. Euseb. N. ext.

Titus Luinius Tragœdiarum scriptor, Liuij Salinatoris libertus clausus habetur. N. ext.

An. Mun. 3790. Ante Chr. 170.

Heræclides Oxyrinchites philosophus cognométo Lembus, sub Ptolomæo VI. floruit.

Fœdus cum Antiocho factum scripsit. Scripsit & philosophica & alia. Suidas N. ext.

Musæus Ephesius versificator tempore Eumenis & Atali Pergami regum. Scripsit res Pergamenæ. Peiseidos lib. 10. N. an ext.

An. Mun. 3800. Ante Chr. 160.

Antiochus Epiphanes. N. ext.

Antiochus Eupator rex. N. ext.

Carneades philosophus, Stoicorum hostis acerrimus, moritur Olympiade 162. anno mundi 3830. cum vixisset annos 85. Fuit autem vehementer studiosus: Physicæ minus curâ habuit, Ethicæ se magis deuouit. Quocirca & cæsiariem & vngues nutriebat, tanta erat in literas intentione. Feruntur eius epistolæ ad Ariathem Cappadociæ regem. N. ext.

Crates Mallotes Grammaticus, sub Ptolomæo Philometore,

A.N. MVN. 3800.

qualis Aristarchi Grammatici, cognominabatur Critic^s, sive Homerius. Scripsit in Iliada & Odysseam libros 9. Commentariorum, author Suidas. Hic, ut ait Tranquillus, in libro de illustribus Grammaticis, studium Grammaticæ primus Romam intulit; missus ad Senatum ab Attalo rege, sub ipsam Ennij mortem, &c.

Plinius scripta eius libro 4. & 7. Nat.hist.citat.N.ext.

PUBLIVS TERENTIVS poeta Comicus, Carthagine in Africa natus, libertus Romæ Terentij Lucani fuit. Quum esset egregia indole, à patrono eruditus, venit in amicitiam nobilium, maximè Lelij & Scipionis: quorum opera adiutus in scribendo fertur ob elegantiam sermonis, teste Cicero Attico lib. 7. 123. 14. Plurib. Donatus huius vitam scripsit.

Eius extant comedie sex: impressæ Basileæ, Tiguri, Lugduni, & alibi.

Sextius Turpilius Comicus Terentio amicus fuit, vide Gyraldum. N.ext.

Sulpitius Gallus Trib. militum postea Consul Romanus.

Primus inter Romanos Eclipsim lunæ totalem factam in fine è statis reddita causa prædixit. Plinius libro 2. cap. 12. N.eius script. ext.

A.N. MVN. 3810.

An.Mun.3810. Ante Chr.150.

Aristarchus Grammaticus Alexandrinus lege, oriundus è Samothracia, patre item Aristarcho: fluit Olympiade 156. sub Ptolomœo Philometore, cuius etiam filium erudit. Scripsit commentarios supra mille. Fuit discipulus Aristophanis Grammatici. Decessit in Cypro, scipsum cibi abstinentia necans morbo hydrocepheos, ætatis anno 72. Filios reliquit Aristarchum & Aristagoram, ambos stultos, author Suidas. Älianu tradit, hunc tam castigato iudicio, ut Homeri versus non paretur, quem ipse non probaret. Fertur scriptissime ultra 800.libellos quorum. N. extant.

Demetrius rex cuius epistola apud Iosephum libro 23. antiquit. Iudaicar.cap.3.

An.Mun.3820. Ante Chr. 140.

Antiochus Sedetes. N.scripsit.

APOLLODORVS Athenien. historic. Scripsit de Deorū origine lib. 3. impressos Romæ Græcē & Latinē an. 1555. Chronica eiusdem citantur & laudantur à Cicero, Laertio, Plutarcho, Siculo, Clemente Alexandrino, Stephano: ex quibus Euſebius multa in sua Chronica transtulisse fertur. Eum

Eum laudat Varro: eiq; Amphic-
tiones Græciæ honorem habue-
runt: Panetij & Aristarchi Gram-
matici fuit discipulus. Vide etiam
de eodem apud Plinium.

Clitomachus Carthaginen. phi-
losophus, vndeclim iam annos na-
tus, cum Carneadem Athenis au-
diret: postremus academicæ sectæ
defensor fuit, qui & aliarum disci-
plinarum sententias apprimè te-
nuit. Scriptis libros 40. teste
Suida. N. ext. Eius versus citat
Stobæus sermone 103.

Demetrius Ixion discipulus Ari-
starchi, quem Strabo Scepsum di-
cit. Volaterr. Scriptis Gramma-
tica opuscula. N. ext.

Rutilius Rufus historicus, sub
Scipione tribunus militum fuit.
Eius historię citantur à Plutarcho
& alijs, sed N. ext.

STRABO Amasœus philoso-
phus Stoicus: vsus est amicitia
Ælij Galli, qui fuit Terentio Var-
rone, à quo citatur, antiquior: Et
scribit Strabo se nouisse Posido-
nium Stoicum philosophū, quem
Scipioni Africano familiarem fu-
isse constat: non igitur demum &
Augusti & Tiberij Impp. tempore
floruisse videtur.

Eius libri Geographicorum 17.
Græcè & Latinè sunt excusi

Venetij, Basileæ, & a-
libi paſsim.

An. Mun. 3830. Ante Chr. 130.

APOLLONIVS Rhodius
Argonauticorum scriptor, Calli-
machi discipulus, æqualis Eratost-
henis Grammatici: cuius etiam
fuit successor in praefectura Biblio-
thecæ apud Ptolomæū Euergetē.

Eius Argonautica impressa sunt
Venetijs apud Aldum an. 1525. græ-
cè cum scholijs græcis: Latinitate
donata ab Hartungo, & impres-
sa Basileæ 1549. & Græcè & Latini-
è, heroico carmine translata per
Valentinum Rogmarum: cum e-
iusdem autoris annotationibus in
certas classes in locos communes
distributis. Basileæ 1570.

Lucius Accius Tragicus poeta,
natus est anno mundi 3796. Ci-
tatur à Varrone, Festo, & Nonio
in pluribus tragœdijs. N. eius scri-
pta extant.

NICANDER Colophonius
vel Ætolus, grammaticus, poeta,
& medicus, Iunioris Attali, (quæ
Romani vicerunt) tempore flo-
ruit: cuius eruditionem admirata
est Fabius Quintilianus: eius-
demq; in poesi excellentiam M.
T. Cicero.

Eius scripta medica sunt excusa
Græcè & Latinè, Venetijs, Co-
loniæ, Parisijs: & poemata, omni-
um elegantissimè ab Henrico Ste-
phano, cum Homero, & alijs poe-

A N . M V N . 3840.

tis Græcis, heroici carminis principibus.

An. Mun. 3840. Ante Chr. 120.

Æsopus anagnostes Mithridatis eruditissimus. Scriptis de laudibus Mithridatis & de Helena, ut author est Suidas.

M I T H R I D A T E S rex Ponti, vi magna & animq; & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarū & xx. gentium ore loqueretur.

Eius epistolæ sunt excusæ Græcæ Venetijs ab Aldo, cum varijs alliorum epistolis, & epistola ad Arfacen, impressa, cum Sallustio, Parisijs.

S o s i t h e u s v nus ex Pleiade poetarum: claruit Olympiade 164. Suid. Scripta eius citantur à Suda, Athenæo, & Higino. N. ext.

Distichon eius ex Æthlio fabula citatur à Ioanne Stobæo, in laude audaciarum.

An. Mun. 3870. Ante Chr. 90.

P l o t i n u s Gallus, primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit, anno mun. 3877. cuius Cicero quoq; alibi meminit. N. script.

A p o l l o n i u s M o l o, Ciceronis & Cæsaris præceptor: Scriptis calumnias quasdam contra Iudeos, quas allegat & refutat Iosephus li-

A N . M V N . 3900.

bro 2. contra Apionem.

Anno Mundi 3900.

Ante Chr. 60.

Æsopus tragœdus amicitia iunctus Ciceroni: in maximas opes ex histrionica peruenit, adeò vt festerium centies ei patina steterit: filium reliquerit adeò diutinem, simul & prodigum, vt is vniuerses aceto liquefactos cœnis apponneret, vt scribit Plinius lib. 10, cap. 51. & Horat. lib. 2. Serm. 2.

A V L V S H I R C I V S aut O P I V S amicissimus Iulij Cæsaris.

Eius libri tres de bellis Alexandrino, Africano, & Hispaniensi, impressi sunt cum commentarijs C. Iulij Cæsaris, diversis locis.

C. A f r i n u s Pollio. Eius epistolæ 3. ad Ciceronem, extant libro 10. familiarium. Scriptis etiam bellum ciuale Cæsaris & Pompeij. N. ext.

C. C a s s i u s proconsul tempore Ciceronis.

Eius epistolæ duæ ad Ciceronem libro 12. familiarium habentur, & una libro 15.

C A I V S I V L I V S C A E S A R , quem Horatius altum, insignem, excellentem, & invictum vocat 4. Carm. Od. 4. & 1. Ser. Saty. 1. Cum post complures populi Romani hostes

hostes deuictos, in consularibus comitijs domum reuersurus, obtinere non posset, vt sui ratio haberetur, arma in patriam conuerit, & Rempublicam opprescit, atque quartæ Monarchiæ initium dedit. Postea in Senatu, an. mundi 3922. à Bruto, Cassio, ceterisque coniuratis quatuor & viginti vulneribus confosus perijt: infinitis propemodū portentis mortem eius ante denunciantib. quorum bonam partē enumerat Vergilius lib. i. Georg.

Scripsit Commentariorum de bello Gallico libros septem, excus. passim. Nouam editionem expectamus, cum comment. Francisci Hotomani. Eius scriptis Ciceron laudem tribuit, puri & incorrupti sermonis Latini, & Quintilianus elegantia, cui propriè studiisse illum testatur. Hinc Vives: Cæsar quotidiano sermoni utilissimus, lib. 3. de trad. discipl.

CORNELIVS NEPOS tempore Ciceronis, vir disertus.

Vitas illustrium virorum scripsit, quarum tantum Pomponius Atticus extat, & cum Ciceronis operibus excudi solet. Daretis Phrygij historiam de bello Troiano, versibus heroicis Latinam fecit, libris sex. excus. Batileæ. Epistolam Alexandri Magni ad Aristotelem de Indiæ situ, populis,

belluis, Latinitate donauit. Henricus Petrus excudit Basileę, cum Q. Curtio. Vixit adhuc an. Dom. 3926 Funck.

DECIVS B RVTVS acer- rimus publicæ libertatis propugnator fuit: cuius epistolæ 13. leguntur libro II. familiarium Ciceronis.

ISO CRATE S tertius au- tor orationis ad Dæmonicū. flor. etate Ciceronis. Oratio illa ex- cusa est cum operibus Isocratis, oratorum Græcorum summi. Venetijs, Basileæ & alibi, & seorsim Argentinæ an. 1549. cum scholijs Antonij Schori Græcè & Latine.

M. TERENTIVS VARRO. natus an. mun. 3865. secundum Eu- feb. natus ann. mun. 3849. claruit etate Ciceronis.

Plurimos & doctissimos libros composuit, quorum inscriptio- nes, collegit vir doctissimus Ver- tranius Maurus: quietiam Varro- nis vitam conscriptit.

Sed de maximo eius librorum numero, vnicum opus de re ru- stica extat, libris tribus absolu- tum: qui cum alibi, tum ab Al- do, & à Roberto Stephano editi sunt. Item librorum 24. de lingua Latina, pars tantum extat: excusa apud Henricum Stephanum, anno Domini 1573.

M. TULLIVS CICERO,

A N. M V N. 3900.

orator & consul Romanus, natus an M. 860. Interfectus anno mun. 39²4.

Eius opera præclara, philosophica, oratoria, ethica, &c. excusa sunt tomis 4. in folio, in 8. in 16. Venetijs, Parisijs, Lugduni, Basileæ, Argentinæ, & alibi.

Hunc parentem copiæ Latini sermonis C. Cæsar appellauit: cuius vitam omnem, & vitæ studia, vide apud Plutarchum: Eius laudes vide apud Plin. lib. 7. ca. 30.

P A R T H È N I V S Nicaensis poeta Græcus, autor libri de amatorijs affectionib. itemq; libelli de fluminib. & montib. alijas Plutarcho inscripti; captus à Cinna, cum Romani Mithridatē debellarunt, postea manumissus. propter doctrinam: vixit usque ad Tiberium Cæarem.

Liber eius prænominatus, excusus est Græcē & Latinē Iano Cornario interprete Basileę apud Frobenium 1531.

P O R T I V S L A T R O , cuius declamatio contra L. Catilinam, est impressa cum Salustij historijs.

P. Lentulus P. fil. Proquaestor, cuius epistolæ duæ extant lib. 12. familiarium Ciceronis.

Q V I N T V S C I C E R O .

Eius de petitione consulatus liber ad M. T. fratrem, impressus

A N. M V N. 3900.

in fine operum M. T. Ciceronis. Eiusdem epistolæ duæ extant libro 6. familiarium Ciceronis.

Seruus Sulpitius I. C. Ciceroni coniunctissimus.

Scriptit Iuridica. N. ext. At extant eius epistolæ 2. ad Ciceronem libro 4. familiarium epistolarum Ciceronis, doctissimè conscriptæ.

T I T V S L V C R E T I V S Carus poeta & philosophus, natus an. mun. 3871.

Scriptit de rerum naturalibus 6. excus. cum commentarijs Lambini Lutetiae 1570. & alibi ut Venetijs, Lugduni, Basileę, Antuerp.

Honorificum de Lucretio elo-gium extat apud Ouid. in Eleg.

Carmina sublimis tunc sunt peri-tura Lucretii.

Exitio terras cum dabit una dies.

An. Mun. 3910. Ante Cbr. 50.

Aulus Cecinna vixit temporib. bellii ciuilis, Pompeianarum ipse partium. Scriptit librum contra Iul. Cæs. N. ext. At eius epistola ad Ciceronem hb. 6. familia legitur.

C R I S P V S S A L V S T I V S histo-ricus: in Sabinis Amiterni naſci-tur. an. mun. 3879. Euseb.

Eius opera & fragmēta quæ ext. impressa sunt Venetijs ap. Aldū: & Basili. cum cōmentarijs an. 1564. & Lugduni in 8. & 16. an. 1570.

Hic

Hic autor est ijs, qui intelligunt, iucundissimus, & cuius lectio minime exatiet. Viues.

C. VALERIVS CATVLLVS
Lyricus poeta nascitur Veronæ an. mun. 3878. Varro tempore vixit: Et Ciceronis vsus est patrocinio.

Scripsit carminum libros tres, qui cum Antonij Parthenij Laciſij Veronensis commentarijs impressi sunt Venetijs an. 1488. Et siue commentarijs Basileę an. 1520. & alibi.

Catullus duriusculus, vt inquit Plinius, & probè farriendus. Latinae puritatis custos fuit religiosissimus: vnde & Docti cognomē promeruit: alioqui laſciu⁹ in primis & supra modum mordax, vt. pote, qui ne Cæſari quidem iam rerum potito pepercerit: reconciliatus nihilominus, eodē die ab eo cœnq; adhibitus est, teste Tranquillo.

M. CÆLIVS. 18. epistolarum ad Ciceronem autor, ex quibus totus liber octauus familiarium Ciceronis epistolarum conficitur.

An. M. un. 3920. Ante Cbr. 40.

Æmilius M A C E R Veronen, poeta. Eius carminum de herbis meminit Ouidius. extat vero libellus carmine hexametro Æmilij Macri cuiusdam de herbarum

virtutibus excus. Basileæ & Francofordiæ: sed alius esse videtur ab hoc Æmilio Macro Veronensi poeta.

ALBIUS TIBVLLVS eques Romanus, in Latina elegia primū locum tenens. Poeta iuxta Quintilianī sententiam cum primis elegans & tersus, ad amores & delicias aliquanto proclivior, de quo Ouid. i. Amor. eleg. 15.

Donec erunt ignes, arcuq; cupidi nis arma.

Dicentur numeri, culte Tibulle tui.

Eius elegiarum siue amorum libri 4. paſſim extant impressi, & seorsim & cum commentarijs.

CN. PLANCVS Imp. Col. design. Extant eius epistolæ 10 ad Ciceronem libro 10. Epistolarum Ciceronis ad familiares.

DIDYMVS antiquiss. autor scholiaſt Homeri, cognomento Chalcenteros, quasi æneis intellinis præditus, ob assiduitatem lectionis & ſcriptionis. Idem propter librorum multitudinem βια βλιολατας appellatus est: dicunt enim ipsum libros ultra 3500. conscripſisse: fuit Salsamentarij filius, Alexandrinus: vixit sub Antonio & Cicerone, vſq; ad Augustum.

De infinito eius librorum numero, hodie extant, ſcholia in Odysseam, excusa primum Venetijs

A.N. MVN. 3920.

apud Aldum, vna cum enarratio-
ne in Iliadem, & Parisijs ann. 1530.
in 8.

DIODORVS SICVLVS flor.
tempore Cæsaris dictatoris.

Eius Bibliothecæ historicæ li-
bri 15. de quadraginta, ex quibus
decem prius nunquam fuerant e-
diti, Genevæ sunt excusi apud Hé-
ricum Stephanum in fol. Græcè.

Historiam suam ab inundatio-
ne quæ sub Ogyge rege Beotia-
fuit, ad sua tempora, id est, ad C.
Cæsarem dictatorem perduxit:
quem Plinius scribit primum a-
pud Græcos desijssे nugari: sed
Viues nihil eo nugatius esse au-
tummat.

Ezechiel poeta Græcus: cita-
tur à Clemente stromat. i. N. e-
xtat.

M.BRVTVS quarundam epi-
stolarum autor Græcarum, quas
impressit Aldus Venetijs, cum
cæteris diuersorum Græcis epi-
stolis. Eædem Latinè translatæ,
extant in farragine epistolarum
Laconicarum. Scriptis episto-
las Latinas, quarum septem ad
Ciceronem, habentur in libro e-
pistolarum Ciceronis ad Brutum,
& vna in appendice eiusdem li-
bri. Alia item ad M. Antoniu consulem
libro vndecimo familiari-
um Ciceronis.

M. LEPIDVS autore epistola-

A.N. MVN. 3920.

rum aliquot ad Ciceronem libro
10. Epp. Cic. ad familiares. an. vr.
cond. 710.

M.VITRVVIVS POLLIO.

Eius de Architectura libri 10.
impressi sunt Venetijs anno 1567.
& Florentia, & Argentinæ.

OCTAVIUS AVGUSTVS
CÆSAR.

Eius versus heroici extant,
de Vergilij Æneide non abolen-
da. Librum item hexametris ver-
sibus editum reliquit. Cuius ar-
gumentum & titulus, Sicilia. E-
pigrammatum quoque libellum,
&c. Gyrald.

Potamon Alexandrinus philo-
sophus ante & post Augustum vi-
xit. Scriptis commentariis in Pla-
tonis de Repub. libros. Suid. N.
an. ext.

Sextus Aurelius PROPERTI-
VS poeta: Meccenati, & Corne-
lio Gallo maxime acceptus: Oudij
quoque, Tibulli, & Balsi ami-
cus. Nanque magna ex parte a-
missis bonis, ex Menauia oppido
Umbria, Romam se recepit, quā
patrem suum in tenera adhuc æra
te amisisset. Eius elegiarum lib. 4.
impressi Venetijs: & Basileæ, &
alibi.

An. Mun. 3930. Ante Chr. 30.

MARCVS MANILIUS astro-
nomus

A.N. MVN. 3930.

nomus poeta, sub Augusto Cæsare. *Eius astronomicon* versib. heroicis ad Augustum Cæsarem libri 5 impresi Venetijs apud Aldum: & Basileæ, & Lugduni: & aliebi cum commentarijs Laurentij Bonicentrij.

PVB. VERGILIUS MARO natus est anno Mundi 3896. clariuit sub Augusto: vixit annos 52. obiit an. M. 3948.

Scripsit Bucolicorum eclogas 10. Georgicorum libros 4. Aeneidos libros 12. & varia poemata, ex cusa Venetijs, Basileæ, Tiguri, Lugduni, & alibi.

Eius operum appendix, cum supplemento multorum antehac nunquam excusorum poematum veterum poetarum: cum Iosephi Scaligeri, in eandem appendicem commentarijs. Lugduni 1573.

Altisoni Maronis carmina, inquit Iuuenal Satyr. II.

Q. HORATIVS Flaccus Poetarū Lyricorum princeps: natus est an. mun. 3901. sub Bruto Tribunus militum ciuili bello militauit: captus à Cæsare, post magnum tempus, Mecœnatis beneficio, non solū seruatus, sed etiam in amicitiam receptus est: obiit an. mun. 3956.

Eius poemata excusa sunt Venetijs ab Aldo, & Argentinæ & Basileæ, & Coloniae: & Parisijs: & ali-

A.N. MVN. 3940. 28

bi cum commentarijs Lambini, & Inuentario Xylandri.

An. Mun. 3940. Ante Chr. 20.

DIONYSIUS HALICARNAS SÆVS historicus eximius.

Scripsit antiquitatum Romanarum libros 10. impressos Græcè & Latinè, Parisijs, Basileæ & alibi. Rhetorici tractatus eiusdem excusi Venetijs, Argentorati & alibi. Elogia de Græcæ lingua ætoribus Geneuæ. Iudicium de Thucydidis historia, Aldus excudit in 4.

GRATIVS poeta Augusto principi floruit: quem Ouidius in suo poetarum catalogo mox Vergilio subiunxit.

Eius librum 1. de Venatione versib. hexametris scriptum, impressit Gryphius Lugduni.

Messala CORVINVS orator disertiss. forte Augusti temporibus.

Scripsit enim de progenie Augusti Cæsaris libellum. excus. Basileæ 1532. cum L. Floro: Et Coloniæ an. 1537.

Nicolaus DAMASCENVS historicus Herodi Iudæorum regi & Augusto Cæsari familiaris.

Scripsit historiarū libros com-

A.N. MVN. 3940.

plures: & institutionem vitæ Cæsaris: testibus Suida & Athenæo.
Eius, syngrapha Venetijs assertur.

An. Mun. 3950. Ante Chr. 10.

Sulpicia Romana, foemina doctissima: Augusti Cæsaris temporibus fuit. Fulgosus refert, eam he-roico carmine multa scripsisse. N. extant.

ANNO A NATIVITATE CHRISTI.

ANNO DOMINI 10.

Oktavo Augusto II.

Imper.

ANTONIVS MVS A medicus
Cæsaris Augusti.

Eius libelli duo, unus de remedijis herbae Betonicae 47. Tiguri, alter de conseruanda bona valedudine, Noribergæ, sunt excusi. annis 1538.

Aulus Sabinus poeta Ouidij temporibus.

Scriptis epistolas elegiacas, teste Ouidio in secundo elegiarum libro, & de Ponto li. 3. in Inuidos.

C. IVLIVS HIGINVS Augusti libertus Ouidio poetæ familiarissimus.

Eius poeticon astronomicum Colonie anno 1534. Et Basileæ anno 1535. & 1548. & 1570. est excusum.

A.N. DOM. 10.

PHLEGON Trallianus liber-tus Augusti Cæsaris alias Adriani.

Scriptis Olympiades libris 16. &c. vide Suidam. N. ext. Attamen fragmentum de Olympiadibus: itē libellus de mirabilibus & Iongœvis, Græcè & Latinè impres-sus, Xylandro interprete. Basileæ 1568 in 8. Repetitus est hic au-tor in Adriano, quod quis pro-rius eius esset locus, hic an illic, nob. nond. const.

PVB. OVIDIVS NASO poe-ta natus est an. mun. 3925. Anno 52. Augusti, missus in exilium fuit. Anno Dom. 21. Tiberij quinto a-pud Getas, diem obiit. Vitam O-vidij descrips. Gyrald.

Eius opera omnia impressa sunt Venetijs apud Aldum: Et Ba-sileæ sèpius: & cum commenta-rijs ibidem & Lugduni apud Gry-phium, & alibi.

QVINTVS CVRTIVS, Augu-sti temporibus fuit. Milæus libro 5. historiæ deliteratura.

Eius libri 10. de rebus gestis Alexандri Magni, duobus prioribus deficientibus, excusi sunt Venetijs apud Aldum, & Lugduni a-pud Gryphium, & Basileæ, & Ar-gentorati, &c. Cuttium integrum omnino, non completum aliunde, habet Vvolfgangus Lazius.

T. LIVIVS PATAVINVS La-tiniæ historiæ princeps: natus est an. ab

A N. D O M. 20.

an. ab vrb. cond. 694. an. M. 3906.
excessit anno ætatis 70. vel vt a-
lij anno Tiberij Cæsaris tertio an.
Dom. 19.

Eius historiæ Romanæ deca-
des elegantissimè editæ sunt Ve-
netijs à Paulo Manutio, ex reco-
gnitione Sigonij, cum eiusdem
scholijs, & chronologia. Hanc e-
ditionem postea secuti sunt typo-
graphi Basilienses & Francofor-
dienses, &c.

Huius Patauinitatem, quā gu-
stabant Pollio Asinius, nos non gu-
stamus. Viues.

A N N O D O M I N I 20.

C. Tiberio IIII. Imper.

Lucius Fenestella, nobilis histo-
riæ scriptor: cuius meminit Plinius,
Plutarchus, Gellius: Vixit
Tiberij Cæsaris tempore.

Eius scripta N. ext. Nam de au-
tore libelli de Magistratibus & Sa-
cerdotijs Romanorum vide in no-
mine Dominici Florentini ad an.
Dom. 1530.

POMPONIVS MELA Hispa-
nus, vixit vti coniicit Vadianus,
Claudij Imperatoris tempore.

Eius de situ orbis libri 3. sunt
impressi Venetijs ab Aldo, item
Florentiæ, & Basileæ cum com-
mentarijs Vadiani.

Potamon Mityleneus rhetor
filius Lesbonactis, docuit Ro-

A N. D O M. 20. 29

mæ sub Tiberio.

Scripsit de Alexandro Macedo-
ne Brutus laudationem, Samiorum
limites, de prefecto oratore. Su-
id. N. ext.

Salustius Mopseates medicus
sub Tiberio Cælare. Suid.

Scripsit medicinalia. N. ext.

SCRIBONIVS L A R G V S
medicus vixit ætate Tiberij Cæ-
saris.

Eius librum medicamento-
rum impressit Henricus Stephe-
nus.

V A L E R I V S M A X I M V S.

Scripsit ad Tiberium Cælarem
factorum dictorumque memora-
bilium exempla libris 9. impress.
Argentinæ, Basileæ, Venetijs, An-
tuverpiæ, & alibi.

Valerius Maximus (inquit Vi-
ues,) ad orationis picturam, mul-
ta ornamenta adferre verborum
ac sententiarum poterit.

A N N O D O M I N I 30.

codem Tiberio Imper.

Arrianus poeta Tiberij Imper.
temporibus vixit. Eius opera Su-
idas commemorat. N. ext.

Caius Velleius PATERCVLVS
alias Pub. Vel. Pater. vbi vide:

NICODEMVS, Magister in I-
srael: descriptis gesta Iesu Christi,
quæ inuenit Theodosius Ma-
gnus Imperator in Ierusalem, in

H

A N. D O M. 30.

prætorio Pontij Pilati, ex Hebraicā lingua in Latinam translata, ex cusa sunt Antuerpiæ 1548.

P. VELLEIVS PATERCVLVS historiæ Romanæ scriptor: ad Marcum Vinicium consulem: temporibus Tiberij Cæsaris flor. alijs Caius Vel.

Scripsit historiæ Romanæ libros duos, qui sunt impressi Basileæ, Lugduni, Genevæ apud Stephanum, & Venetijs ann. 1571. ab Aldo Manutio Pauli F. Aldi N. &c. Eiusdem fragmentum de bello Augusti Cæsaris contra Suevos extat Viennæ apud VV. Lazio.

A N N O D O M I N I 32.

C. Cæs. Caligula III. Imper.

& An. Dom. 40. Claudio Druso V.
Imper.

Polianus Sardianus sophista, sub primo Cæsare Cajo. Suidas cōmemorat eius scripta, quæ non extant.

Palæmon Vincentinus, Grammaticus: scripsit de arte Grammatica. N. an. ext. claruit Claudi Cæsaris temporibus.

A N N O D O M I N I 50.

Claud. Nero Imper.

Agrippa iunior rex, qui Paulum apostolum audiuit.

A N. D O M. 80.

Eius & sororis Berenices oratio ad Iudeos nouis rebus studenter, Græcè manu scripta in Bibl. regis Gallorum. Scripsit etiam 62. epistolas, quibus veritatis historiæ Iosephi perhibet testimoniū: quarum meminit Nicephorus, ex Iosepho. N. an. ext.

L ANNEVS SENECA Nero-nis magister. Scripsit multa: cuius quæ hodie extant omnia opera sunt impressa Basileæ, Lugduni, Venetijs, & Parisijs.

Senecæ opera pleraq; sunt Ethica: quædam etiam physica: pauca historica. Epistolæ quædam falsè inscribuntur Paulo & Senecæ, cum illic nihil sit neque Paulo dignum, neq; Seneca. Erasm.

L. AN. SENECA Tragœdiarū author: alius à Morali illo, cultioris mundiorisque stili. Nam teste Martiali, duo fuerunt. Senecæ.

Huius Tragœdiæ 10. sunt impressæ Venetijs an. 1510. & Lugduni an. 1538. & Basileæ an. 1520. in 8. chartis 31.

L. Junius Moderatus C O L V-MELLA vixit Senecæ temporib.

Scripsit de vniuersa re rusticali bros 13. impressos Lugduni apud Gryphium 1535.

A N N O D O M I N I 60.

eod Nerone Imp.

AVLVS PERSIVS poeta Ro-

ma

AN. DOM. 50.

mæ sub Neronæ vixit. Natus est Volaterris anno Domini 37. Euseb.

Scripsit satyras sex, quæ sunt impressæ à diuersis partim sole, partim cum commentarijs diuersorum: & nuper cum Valentini Volsci Engetini Foquelinij, quos edidit Thomas Freigius in 4. Basileæ 1580.

Cornutus clar. Romæ sub Nero ne, ab eo interfectus vnâ cum Mafonio philosopho.

EVA X rex Indiæ, qui scripsit ad Neronom, de virtutibus gemmarum: extat Ferrariae apud Petrum Bonum, vide Biblioth. Simleri.

Euodus Rhodius poeta vixit sub Nerono. Suidas. Eius libri non extant.

MANETHON historicus, Augustorum temporibus teste. Ioā. An. Viter. Fuit tamē antelosephū, à quo libro contra Appionem citatur.

Eius supplementa ad Berosum cum Annij commentarijs excusa sunt Antuerpiæ anno 1553. Et Basileæ cum Myrsilo, Berofo, &c. Eiusdem apotelesmatica physiologica carmine scripta extare dicuntur in Biblioth. Florentina.

Philostratus alias Neronis tempore: Suidas enumerat eius scripta quæ non ext.

AN. ODM. 60. 30

PHVRNVTVS aliâ Phornutus, & Cornutus.

Scripsit opusculum de ærumnis Herculis quod extat Græcè Venetijs in Bibliotheca SS. Ioannis & Pauli. Eiusdem de natura deorum gentilium commentarius, impressus olim Græcè ab Aldo cum fabulis Æsopi: & Basileæ apud Oporinum, cum translatione Conradi Clauzeti Tigurini.

Statins Surculus Tholosanus Rhetor in Gallia celebris habetur. Scripsit nihil.

QASCONI VS PÆDIANVS vixit Neronis tempore. Anno D. 78. adhuc claruit. Func. Qui LXXIII. ætatis anno captus lominibus, XII. postea annis in summo omnium honore consenuit. Eusebius.

In aliquot Ciceronis orationes commentarios exarauit: impressos apud Aldum: & Paribjjs an. 1536. & Basileæ, & Lugduni: & Colonie.

ANNO DOMINI 70.

Vespasiano X. Imperat.

CATO distichorū autor fuit ci tra Catonum Censorij & Uticen. tempora.

Disticha eius moralia vbiq; ex-

A N. D O M. 70.

cusa reperiuntur.

M. ANNEVS LVCANVS
Corduben.

Eius de bello ciiali libri 10.
Pharsalia inscripti excusi sunt Venetijs apud Aldum : & Coloniæ, & alibi cum commentarijs Ioan. Sulpitij Verulani.

MYSONIVS Capitonis Tyrrenus dialecticus philosophus & Stoicus à Nerone Imperat. ob dicendi libertatem occisus.

Ioannes Stobæus in locis communibus multa passim & prolixa fragmenta huius philosophi citat.

Epistolæ eius quædam Venetijs apud Aldum in volumine Græcarum epistolarum excusæ sunt.

Oratio , de optimo principe, Stephano Nigro interprete , cum eiusdem Stephani lucubrationibus cæteris, excusa Basileæ apud Henricum Petri.

ANNO DOMINI 80.

Tito XI. Imper.

ANDRONICVS Scholiastes Græcus Homeri : Grammaticus, vixit circa tempora Orbilij , qui fuit præceptor Martialis.

Eius scholia Græca in Home- rum, Venetijs reseruantur , in Bibliotheca SS. Ioannis & Pauli.

C. Iulius SOLINVS Vespasiani temporibus vixit.

A N. D O M. 80.

Eius polyhistor, siue rerum memorabilium collectanea, impressa sunt Venetijs apud Aldum: Lugduni apud Gryphiū. Basileæ item & Antuerpiæ.

C. PLINIVS Secundus auunculus Cæciliij, Veronensis.

Scripsit de historia mundi libros 37. varijs locis excusos: vt Basileæ, Venetijs, Lugduni.

Eiusdem de rebus Germanicis libros Augustæ Vindelicorū extare ferunt.

De bellis Germanicis libros vi ginti citat Tacit⁹, & Gaspinianus qui alicubi eos latere opinatur.

Eiusdem epistola ad amicos de medicina legitur ab initio operis Marcelli de medicamentis.

Et libri 5. de re medica, excusi sunt Basileæ, cum quibusdam Sorani Oribasij &c. opusculis.

Iacobus Dalecampius Pliniū sub prælo nunc habet iam positis nouū illum exuuijs, varijs in qua lectionibus ex manuscriptorū optinorū authoritate multo & longo labore, singulari diligentia , & religione petitis, annotationibus etiam & obseruationibus, quæ iusti cōmentarij vice esse possint, insignitum. Verd.

Incendium Vesuuij montis curiosius inuestigans perijt ann. Dom. 82.

C. VALERIVS FLACCUS Se tinus

A N. D O M. 80.

tinus heroicus poeta admirandus: claruit sub Cæsare Vespasiano & Domitiano.

Eius Argonauticorum libri octo, excusi sunt apud Aldum Venetijs 1523. cum Ioan. Baptiste Pij appendice ex quarto Argonauticon Apollonij, que octauum Valerij librum absoluunt, duosq; insuper addit: & cum Orphei Argonauticis incerto interprete: Argentinæ etiam excusi sunt: & Parisijs cum Maserij commentarijs. 1519. & Antuerpiæ cum Scholijs Ludouici Carrionis.

FL. I O S E P H V S: celebris historiarum Iudaicarum scriptor: clar. sub Vespasiano Imperat. & Tito eius filio. Ob ingenij gloriam statuam meruit Romæ. Vixit adhuc an. Dom. 100. Eius historia rum libri excusi sunt Venetijs, Lugduni & Basileæ, &c.

Saleius Bassus poeta heroicis carminis amatus à Vespasiano. N. scripsit quod sciam.

S I L I V S Italicus poeta, Domitiano Augusto, gratus fuit.

Eius de bello Punico lib. 17. excusi Venetijs apud Aldum: & Basileæ cum annotationib. Hermanni Buschij: & Venetijs cum commentarijs Petri Larfian. 1483.

A N N O D O M I N I 90.

Domitiano XII. Impera.

I V N. IV VENALIS Aquin. Ro

A N. D O M. 80. 31

mæ vixit apud Domitianū, quem cum ob sua flagitia perstrinxisset, ab eo in exilium est actus. Suid.

Scriptit Satyras 16. id est, sermones aduersus sui seculi mores versibus hexametris. Excusi sunt Venetijs ab Aldo, & Parisijs & Coloniæ & Lugduni.

Iuuenalis multis in locis asper est ac durus, materiae suæ conueniens. Viues.

E P I C T E T U S Philosophus Stoicus, cuius vitæ maxima apud omnes homines admiratio extitit: Domitiano imperante vixit: cuius dominatu offensus Roma Hierapolim migravit: atq; ad M. usque Antonini tempora peruenit, cuius se rsum præceptis ipse Antoninus Imper. in vitæ suæ descriptione profitetur.

Epicteti vero vitam & obitum, deq; eius dissertationibus & Enchiridion scriptit Arrianus Nicomedien. Eius sententias plures allegat Stobæus.

M. F A B I V S Q V I N T I L I A N V S. Primus Romæ scholam publicè aperuit.

Scriptit institutionum oratoriarum libros 16. excus. varijs locis, vt Coloniæ, Basileæ, Lugduni &c. Item declamationes 388. exarauit: de quibus super sunt 145. impressæ in 8. Lutetiae.

M. V A L E R I V S M A R T I A L I S poeta.

A N. D O M. 90.

Eius Epigrammata libris 14. impressa sunt Venetijs ab Aldo, Lugduni, Antuerpiæ, & alibi, etiā cum commentarijs: & Tiguri ex repurgatione Geßneri, in locos digesta.

Philosophi & Mathematici vrbe expulsi, an. Dom. 91. & an. 97. Domitianus rursus philosophos & mathematicos Roma, per editū extrudit. Euseb.

PVB. PAPINIVS STATIVS, quem alij scribunt Stat. Papinius poeta, summo honore apud Domitianum fuit.

Scripsit syluarum libros 2. Thebaidos lib. 12. Achilleidos lib. 2. excus. Basileæ an. 1541. & prius Venetij apud Aldum.

Rutilius Lupus floruit ætate Quintiliani. Scripsit de arte. N. ext.

Sabellus poeta impudicus, Domitiani & Neruæ temporib. cuius scripta dignè perierunt.

SEXTVS IVLIVS FRONTIUS, vir consularis, vixit sub Nerua Augusto, an. Dom. 98.

Scripsit Stratagematum libros 3. excus. Parisijs & Coloniæ. De aquæductibus urbis Romæ lib. 2. impress. Basileæ, & Florentiæ. Eiusd. liber de qualitate agrorum, impressus Parisijs, cum alijs limitum autorib. ex emendatione Turenbi.

A N. D O M. 90.

Suetonius Lenis, Suetonij Tranquilli pater.

Vitam Lucij Othonis Imperatoris descripsit, & alia quædam. N. ext.

A N N O D O M I N I 100.

Traiano Crinito XIII.

A P O L L O N I V S T YANEVS, cuius plura scripta, recent set Suidas.

Epistolæ eius cum alijs diuersorum Græcis epistolis impressæ ab Aldo. Eiusdem verba ad familiares suos, apud Stobæum plurib. in locis. Eius sententia de Imitatione, per Ioachimum Camerarium expressa, excusa est Basileæ. Epistola de contéptu mortis, Ioanne Alexandro Brascanio interprete, in biblioth. Imperat.

Euphrates philosophus, moritur spontanea morte, anno Dom. 120. N. script.

P. CORNELIVS TACITVS, eques Romanus.

Scripsit Annalium ab excessu Augusti lib. 16. De Germanorum populis: Dialogum de oratorib. Omnia impressa Venetijs apud Aldum, Lugduni apud Gryphium, Basileæ & Antuerpiæ.

Tacitus in sermone Latino habet quædam duriuscula, & imitatu periculosa, sed est grandis, audax,

A N. D O M. 110.

dax, multumque in eo inest spiritus, Viues.

Scopelianus Clazomenius sophista tempore Neræ, an. Dom. 93. Suid. N. scrips.

A N N O D O M I N I 110.
Eod. Traiano Imper.

Archibius Alexandrinus Grammaticus sub Traiano principe.

Eius scripta citantur à Suida, à Volaterrano, ab Arati commentatore: & à Plinio, qui in 18. Nat. hist. librum quædam inde transcripsit: alia non ext.

Archigenes medicus. Scripsit tum physica tum medica non ext. citantur tamen apud Galenum, Actium, & alios.

Cæcilius Siculus Callantianus rhetor vixit sub Augusto ad Adriatum usque.

Eius ecloga vocabulorum ordine literarum quam scripsit, Suidæ lexico accreuit. Eiusdē comparatio Demosthenis & Ciceronis. N. an ext.

C. PLINIVS CÆCILIVS II.
Nouocomensis tempore Traiani. Scripti libr. epistolar. sex. Panegyricum Traiano Imper. De viris in re militari & politia illustribus. De claris Grammaticis & Rhetoribus. excusa sunt Venetijs apud Aldum, Lugduni, Floren-

A N. D O M. 110. 32

tæ, Basileæ, Colonæ. Scripsit alia plura, quæ iniuria temporum perierunt.

C. SVETONIVS Tranquillus Plinio Iuniori familiaris.

Scripsit XII. Cæsarum vitas, & de illustrib. Grammaticis, & claris oratoribus libellos duos. Excus. Lugduni, Colonæ, Argentinæ, Basileæ, Lutetia, Antuerpiæ.

DION PRVSÆVS sophista & philosophus, Chrysostomus cognomine: Traiano Cœsari charus.

Scripsit Physica, Ethica, Historica, de Hercule, Platone, Alexander M. N. an ext. At orationes eius 80. de rebus Politicis, Ethicis, Physicis, Historicis, excusæ sunt Venetijs, Græcè: & Latinè Naogeorgo interprete, Basileæ apud Oporinum. Libellus, de non temere credendo, Ioachimo Camerario interp. In 8. Norinbergæ 1531. Alij libelli duo Amantio I. C. interprete Dilingæ 1556. De regno libri 4. Andrea Mylio interprete. Rostochij, sunt impressi in 4.

LVCIANVS Samosatensis, vixisse fertur sub Traiano Cœsare, cognomine blasphemus, aut θεος, id est impius.

Scripsit multa: cuius opuscula Græca, numero 171. impressa primum Venetijs apud Aldum, anno 1503. postea Hagenox & Basileæ

A N. D O M. 110.

recusa habentur. Latinè verò omnia à Iacobo Micyllo, & alijs pluribus conuersa, apud Egenolphū Francoforti sunt impressa. Hic author à canibus disceptus interriit.

POLEMON Laodiceus rhetor & sophista, docuit in Smyrna, præceptor Aristidis rhetoris, discipulus Timocratis philosophi ex Heraclea ponti, & Scopeliani Sophistæ: vixit sub Traiano, & post eum. Suid.

Eius orationes editæ sunt ab Henrico Stephano in 4. ann. 1557. cum Himerij declamationib.

A N N O D O M I N I 120.

Adriano XV. Imper.

ÆLIANVS Sophista Rom. fuit auditor Paulianæ sub Adriano.

Eius libri: Animalium historia: varia historia, & de instruendis animalibus, & epistolæ, Græcè & Latinè excus. Tiguri apud Gessneros in folio.

Aristides philosophus Atheniensis, de cuius apologia pro Christianis ad Adrianum Imper. vide nostrū Nomenclat. Theologicū.

Scripsit & alia quædam. N. ext.

Dionysius Halicarnassenus Musicus, flor. sub Adriano Cæsare.

Scripsit Musicæ historię libros

A N. D O M. 120.

36. & alia eiusd. argumenti. N. ext.
Suidas.

Hermippus Berytinus discipulus Philonis Biblij: Hic quamvis seruili genere ortus, fuit valde eloquens & multa scripsit. Suid. Eum Tertullianus in libro de anima refert, quinque volumina scripsisse, de oraculis & somnijs. N. ext.

Nicanor Alexandrinus Grammaticus, Hermiæ filius, fuit sub Adriano Cæsare.

Scripsit aliquot tractatus de punctis: vnde à quibusdam per de-risum, Stigmatias, id est, Notis compunctus vocabatur. Suid. N. ext.

Numenius rhetor: Scripsit consolationem de Antinoo, ad Adrianum Cæsarem: & alia. Suid. N. ext.

Orion Alexandrinus Grammaticus. Scripsit Adriani Cæsaris encomium & alia. N. ext. Suidas.

PALLADIUS Rutilius Taurus Æmailianus sub Adriano Imper.

Scripsit de rerustica libros 14. impress. Lugduni apud Gryphiū, an. 1535. & alibi cum Columella & reliquis rei rustice scriptoribus Latinis.

PHLEGON Trallianus historicus, libertus Adriani, alias Augusti Cæsar, fortè quod Adrianus, (vt etiā alij Impp.) Augustus quoq; diceretur. Scri-

Scripsit Olympiades lib. 16. &c.
vide Suidam. Fragmentum de Olym-
piadibus: item libellus de mi-
rabilibus, & longævis, Græcè &
Latinè impressus. Xyandro inter-
prete. Basileæ 1568. in 8.

PLVTARCHVS Chœroneus
ex Boeotia, tempore Traiani Cæ-
sar, & ante ipsum floruit.

Scripsit vitas illustrium viro-
rum numero 48. Vitam Homeri.
De dialectis apud Homerum. Mo-
ralia opuscula, quæ excudit Al-
dus Græcè Venetijs. Omnia Plu-
tarchi Græcè & Latinè edidit Hen-
ricus Stephanus in 8.

Pollio Alexandrinus cognomi-
ne Valerius philosophus, tempo-
re Adriani, cuius filius Diodorus
philosophus. Suid.

Eius dictionarium Suidæ lexi-
co accessit, vt inscriptio testatur.

Sabinus Sophista sub Adriano
Cæsar. Suid. Aphthonij filium fuis-
se putant.

Scripsit de materia declamato-
ria libris 4. & alia. Suid. N. ext.

Sarapion cognom. Ælius rhetor
Alexandrinus tempore Adriani re-
gis cui panegyricum scripsit.

Scripta quædam eius enumerat
Suidas. N. ext. præter tetrastichon
libro tertio, Anthologij se-
ctione 6.

Sergius Zeugmateus Aphthonij
filius frater Sabini sophistæ.

Scripsit epitaphium fratri suo
Sabino, & librum pro causidicis.
Suid. N. ext.

Eod. Adriano Imperat.

Adrianus XV. Rom. Imper. anno
17 sui Imperij. Anno Domini 134.
Athenis Bibliothecam miri ope-
ris extruxit.

ARRIANVS Nicomediensis,
historicus clar. Romæ sub Adria-
no & Antonino principibus: Au-
ditor Epicteti philosophi.

Alexandri Magni historiam o-
cto libris descripsit: & de Epicteti
dissertationibus. Et Periplum
Ponti Euxini & maris Erythræi,
omnia excusa Græcè & Latinè Ve-
netijs, Basileæ, Lugduni annis
1554. 1575. 1577. Interpretibus,
Bonaventura Vulcanio, Iacobo
Schegkio, Hieronymo VVolfio,
Io. Guilhelmo Stuckio.

AVLVS GELLIUS, flor.
vti annotat etiam Volaterr. circa
& post tempora Traiani: Pha-
uorinum philosophum maximè
coluit, qui cum Athenis vna viue-
bat homo Romanus. Frontoni
quoque fuit familiaris: Quod igitur
ipse libro 20. Noct. Atticar.
cap. 1. videtur scribere se vixisse
circa millesimum ab urbe cond.
annum: fortè ibi pro DCC. legend.

A N. D O M. 130.

D C. vno C. incuria librarij super-addito.

Libri eius 20. Noctes Atticæ, inscripti, excusi sunt Venetijs primum apud Aldum: deinde paſsim alibi: ut Argentinæ, Coloniæ, Basileæ, & cum annotationib. Mosella ni, Lugduni.

Gellius (inquit Viues) homo rhapsodus planè, durissimarum elegantiarum affectator: legendus tam, &c.

CLAVDIUS PTOLOMÆVS
Pelusien. Primus apud Græcos, cœli rationem omnem, diligenter explicuit: inuentaq; ab Hipparcho instrumenta, clarissimus monstrauit. Dum ageret 78. ætatis annum, diem obiit an. Sal. 147. Scripsit Geographica, Astronomica, & Astrologica, &c. Impressa Græcè & Latinè Venetijs, Basileæ, & alibi.

Diodorus cognom. Valerius philosopus F. Pollio nis Alexandrinus. Scripsit expositionem super quæfisits apud decem Rhetores. N. ext.

Dionysius Milesius historicus. Scripsit historica quæ commemo rat. Suidas. N. ext.

Heliodorus epistolarum Adriani Imperatoris Magister. N. quod sciam ext.

Palaemon Rhetor, insignis flor. Traiani & Adriani Impp. tempo-

A N. D O M. 130.

rib. anno ab vrb. cond. 880. Nil, quod sciām scriptis.

PAVSANIAS Cæſarien. scribit Volaterran. vel ſecundum alios Lacon, æqualis Aristidis, Adriani principis tempore Romæ vixit: ubi etiam ſenex extinctus est. Scriptis vniuersæ Græcia geographiam, cum eius historijs: excusa Græcè apud Aldum, anno 1516. Venetijs: & Latinè an. 1550. Basileæ: & Græcè & Latinè in fol. Francoforti apud hæredes VVecheli 1583.

Phauorinus Arelaten. ex Gallia sub Traiano & Adriano Cæſaribus.

In multitudine scribendi Plutarchi Chœronei æmulator, compoſuit plurima philosophica & historica. Eius Copiæcornu citat V. C. Hadrianus Iunius, scribens Phauorinum, ſic ſuum opus ab omnium rerum fœcundissimo vbere nuncupauiffe. N. an ext.

Multa ex eius scriptis paſſim recitantur apud Stobæum: Et Lærtius eius omnimodam historiam ſæpiſſimè allegat: in descriptione vitarum philofophorum.

Philo Biblius Grammaticus, sub Adriani regno, degebat: prope tempora Neronis fuit, & vixit usque ad Marcum, &c. Suid.

Edidit de libris comparandis & eligendis libros 12, & alia. N. ext.

ANNO

A N. D O M. 140.

ANNO DOMINI 140.

T. Antonino Pio XVI.

Imper.

Antigonus Carystius, scripsit vi-
tas aliquot philosophorum. Vi-
detur Laertij ætate vixisse. Sim-
lerus.

Arianus philosophus Cæsaris
Antonini præceptor illustris ha-
betur. Eutrop. lib. 10.

C L A V D I V S G A L E N V S
Pergami natus est. Marci & Com-
modi ac Pertinacis Imperatorum
temporibus adhuc Romæ vixit.
Apud Ludouicum Cælium lectio-
num antiquarum libro 16. capite
40. legitur à nonnullis proditum
esse, Galenum vixisse 140. annis.
Vide ibi plura & Conrad. Gessne.
Biblioth. vt Aristoteles philo-
sophorum, ita Galenus Medicorum
coryphæus ac princeps, to-
tius posteritatis consensu habitus
fuit. Scripsit libros penè infini-
tos, quos ipse commemorat, pec-
uliari scripto de libris proprijs
edito: Cæterum opera eius quæ
extant, Græcè & Latinè impres-
sa sunt tomis quinque in folio. Ve-
netijs apud Aldum, anno Domini
1525. & Basileæ, & Lugduni, & rur-
sum Venetijs apud Victorem Trin-
cauillum, in octavo. Omnia Ga-
leni opera pertinent. Vel

A N. D O M. 140. 34

Ad rationem Studiorum, vt e-
ius oratio suasoria ad artes: De
ordine librorum suorum: De o-
ptimo genere docendi. Vel

Sunt Physica: Vel deniq; plæ-
raque Medica.

DIOGENES LAERTIVS.

Huius ètatis, nullus chronicorum
aut vitarum Scriptor, quod qui-
dem sciam, vsquam meminit. Sed
quia Plutarchi (vt scribit Gessne-
rus, nos reperimus Phauorini,) omnium quos citat, vt videtur re-
centissimi testimonio aliquoties
est vsus: conjectura est illum, aut
illorum seculo floruisse, qui cum
Adriano X V. Imperat. vixerunt,
aut certè illi proximo: ideo nos
eum in hanc decuriam, donec cer-
tiora edocti erimus, pro tempore
collocauimus.

Scripsit de vitis celebrium phi-
losophorum libros X. qui Græcè
& Latinè editi sunt ab Henr. Ste-
phan. cum annotationibus & Py-
thagoreorum philosophorum fra-
gmentis, anno Domini 1570.

In hoc opere (inquit Viues) quod
Laertius ad fœminam quandam
composuit, magna est rerum co-
gitationis, multoque est legi dignis-
simum.

Scripsit præterea Pammetron
librum, in quo de omnibus sapien-
zia & doctrina illustribus viris o-

A N. D O M. 140.

mni genere carminum lusit: non ext. præter ea quæ in Vitis philosophorum, ex illo libro sunt reperita.

HERODES prænomine Iulius, filius Attici, nepos Plutarchi Athenien. Phauorinum ac Polemonem præceptores habuit.

Multa scripsit quæ Suidas resenset, & Philostratus in sophistis. Eius orationes Græcas Aldus Venetijs excudit, cum Aeschini & aliorum aliquot orationibus.

Lamprias Plutarchi Chæronei filius, huius fortè ordinis. Composuit tabulam scriptorum patris sui, de omni Græca & Romana historia. Suidas. Fertur extare in Italia.

A N N O D O M I N I 150.

Eodem Antonino Pio
Imper.

Apollonius Stoicus natione Chalcidius philosophus, Veri Cæsaris præceptor, illustris habetur. N. extat quod sciam.

Basilides Syropolitanus philosophus. Veri Cæsaris præceptor, illustris habetur. Funck.

CORNELIUS FRONTO orator eximius Plutarchi Chæronei vt quidam putant, nepos M. Antonini philosophi Imperatoris pre-

A N. D O M. 150.

ceptor, Gellioq; familiaris: Multas orationes insignes composuisse fertur. N. extantes. Sed eius exempla elocutionum ordine alphabeti M. script. extant. Et liber de differentijs vocabulorum excusus est Basileæ 1537. Et Lipsiæ 1569.

Institutus Iulius Sophista. Eius epitome glossarum Pamphili librorum, ex prato variarum dictiōnum, quas etiam Suidas in suum Dictionarium transcripsit: excus. in folio Venetijs per Aldum, anno 1519.

MAXIMVS TYRIVS philosophus, clarus habetur. Funck. Præceptor fuit Cæsaris Antonini Eutrop. lib. 10. Vixit autem adhuc sub Commodo.

Eius sermones sive cap. 41. Græcè & Latinè edita sunt ab Henrico Stephano in 8. Et Basileæ, &c. Parisijs in 16: anno 1554.

Mesomedes Cretensis Citharædorum carminum Musicus poeta. Scripsit librum in Antinoi Hadriani principis liberti laudē. Suid. N. ext. Eius tamen versus 7. ext. libro 4. florilegij Græci.

Taurus Berytius philosophus Platonicus, sub Antonino Pio. Suid. narrat, scripsisse eum plura, vt de differentia dogmatum Platonis & Aristotelis: de corporeis & incorporeis, &c. N. ext.

A N N O

*ANNO DOMINI 160. M.
Antonino philosopho & Co-
modo XVII. & XVIII.
Impp.*

IVSTINVS Historicus sub Antonino Imperat. Eius ex Trogo Pompeio historia, est excusa primum ab Aldo: deinde quoque Basileæ, & Lugduni apud Gryphiū, & alibi. Q. Curtius (inquit Vives) candidus est, non perindenitidus est Iustinus.

M. ANTONINVVS Imperator, & philosophus scripsit de seipso seu vita sive libros 12. Græcè & Latinè editos Guilielmo Xylandro, interprete, Tiguri apud Gessnerum. Ea descriptio vitæ non est historica, (quā vide apud Dionem & Xiphilinum) sed Ethica, qua demonstrat, quæ sit vera & expedita ad tranquillitatem animi, & eam quæ homini in hac vita contingere potest, felicitatem consequendam via. Secutus in eo scripto philosophandi genus, quo vsum esse Epictetum, Arrianus memoria prodidit.

Floruit circa illud tempus, ut cunque studium sapientiæ, cum ipsis Imperatores, aut colerēt philosophiam, aut certe eius lectores non aspernarentur. Quo factum est, ut extiterint permulti

doctrina & grauitate præstantes viri: quorum partim nomina tantum & dicta factaq; aliquot apud historiæ scriptores extant, partim scripta etiā doctissima & prudentiæ plena nostrum ad æuum perdurauerunt. Xyland.

Nicostratus Macedonum rhetor sub Marco Antonino. Scripsit multiplices fabulas. Encomium in Marcum & alios. Suid. N. extat.

POLIÆNVS rhetor Macedo sub Antonino & Vero impp.

Scripsit de Thebis: de acie insti tuenda libros 3, & alia Suid. N. an. ext. Sed eiusdem Strategematum libri 8. Latine, Iusto Vulteio interprete excusi sunt Basileæ in 8. 1550.

*Eodem Antonino Philo-
sopho Imper.*

ATHENÆVS Naucratita Græmaticus vixit M. Antonini principis tempore.

Scripsit Dipnosophistarum, id est, argutè sciteq; in conuiuio disserentium libros 15. Hi Græcè pri mum ab Aldo: postea Basileæ an. Dom. 1535. excusi sunt.

HERMOGENES è Tarso rhetorius claruit iam M. Antonini tempore.

AN. DOM. 170.

Rhetorica eius scripta perfectissima, excusa sunt Parisijs apud Vvechelum 1520. & pleraque Latinè Ioanne Sturmio interprete, & commentatore, edita Argentiniæ 1570. & 1571. & Genevæ 1569.

Sextus Chæronens Plutarchi sororis filius, philosophus, tempore Marci Antonini Cæsaris: discipulus Herodoti Philadelphi, &c.

Scriptis Ethica libris 10. Suid. N. ext.

ANNO DOMINI 180.

L Aurel. Antonino Commodo
XIX. Imper.

ARISTIDES Adrianeus Sophista clar. sub Antonino Cæsare.

Scriptis orationes 56. quæ Græcè sunt excusæ Florentiæ: & quædam ab Aldo: & Latinè Cantero in terprete, in fol, Basileæ 1566.

IVLIVS POLLVX sub Cōmodo Imperat.

Eius vocabularium sive onomasticum Græcum, impressum Venetijs apud Aldum, & Florentiæ 1520. & Basileæ apud Oporinum, cum præfatione Grynæi ad ludimagistros, quibus hoc opus commendat. Et Latinè Rodolpho Gualthero interprete ibidem apud VVinterum.

AN. DOM. 190.

ANNO DOMINI 190.
Ælio Pertinace: Didio Iuliano: & L. Septim. Seuero
Impp.

APOLLONIUS Alexandrinus cognom. Difficilis, pater Hero- diani Grammatici, cuius libri de constructione, impressi sunt Venetijs apud Aldum, Romæ atque Florentiæ.

ANNO DOMINI 200.

Eodem Seuero Imper.

Emilius Paulus Papinianus ve-
tus I. C. Scœvolæ discipulus, à Bas-
fano occisus an. D. 215.

Eius librorum Iuris fragmenta
cirantur in pandectis: reliqua scri-
pta non ext.

LVCIVS FLORVS. Scriptis
Titi Liuij historiarū Epitomen:
Item rerū Romanarū ab yr. cond.
ad Augusti tempora libros 4. ex-
cus. Venetijs apud Aldū. Et cum
Camertis annotationibus Argen-
torati & Basileæ 1532. & Colonia
1537.

ANNO DOMINI 210.

Antonino Bassiano Caracalla
Imper.

ALEXANDER APHRODISIENSIS sub Impp. Seuero & An-
tonino philosophiam professus.
Commentatus est in Aristotelem:
quæ eius cōmentaria, & propria
opera

A N. D O M. 210.

opera Physica & Philosophica
sunt excusa Lutetiae, Venetijs, Ba-
fileæ & alibi.

OPPIANVS Cilix poeta Græ-
cus. Scripsit de piscibus lib. 5. &
de venatione lib. 4. excus. Græcè
& Latinè Venetijs, Florentiæ, Pa-
risijs & alibi. Exulans cum patre
suo Agesilao viro opulento, in exi-
lio clariss. poemata scripsit: & Se-
uero Imperatore, (qui patrem in
exiliū egerat,) defuncto, Romam
est profectus: suaq; carmina Anto-
nino filio exhibuit: vnde & re-
gressum patris ab exilio impetra-
uit, & pro quolibet carmine aure-
um numisma suscepit. Habet sti-
lum floridum & planum cum fa-
cundia & maturitate, & in senten-
tijs ac parabolis præcipue excellit. Gessn.

A N N O D O M I N I 220.

Heliogabalo XXV. Imper.

Heliogabalus princeps ann. 221.
Eius nomine inscripta extat ora-
tio ad meretrices, impressa cum
Suetonio Spartiano, & alijs histo-
ricis, Basileæ.

HERODIANVS Alexandri-
nus filius Apollonij Grammatici
cognomento Discoli, Antonini
Cæsaris tempore floruit.

Scripsit vitas Imperatorum à
Commodo ad Gordianum, à Po-
litiano in Latinum sermonem tra-

A N. D O M. 220, 36

ductas. Impressit Græcè & Latinè
Aldus Venetijs: & Hen. Steph. cū
Romanæ historiæ scriptoribus, in
vnū velut corpus redactis, & Lug-
duni Gryphius an. 1559.

L. APVLEIUS Afer Madauræ.
philosophus Platonicus, floruit
Carthagine sub Loliano aucto &
Claudio Maximo procons.

Opera eius philosophica, quæ
extant, excusa sunt Basileæ apud
Hen. Petri 1533. & quædam seor-
sim apud Aldum, & Tiguri, & Pa-
risijs & russum Basileæ.

Apulei opera sunt 1. ad Ratio-
nem studiorum pertinentia: vt de
dogmate Platonis: & libellus de
philosophia.

2. Varia, vt libri floridorū, qui
continent orationes, ad Africæ
procos, habitas.

3. Physica: vt liber de mundo,
qui naturalē continet philosoph.

4. Metaphysica: vt est liber de
Deo Socratis, in quo Platonis the-
ologiam collaudat.

5. Ethica: cuiusmodi est tracta-
tus de Asino aureo: ex quo com-
mento, mores humanos, variisq;
eventus, quis possit perspicere.

Ex huius philosophi operibus
(inquit Volaterr.) licet deprehen-
dere, hunc omnigenæ virum elo-
quentiæ diuersam ab antiquis in-
gressum viam, nouum dicendi ge-
nus assumpisse. In verbis enim

A N. D O M. 220.

nouus, in sententijs creber, in trālationibus audax, in inuentione acutus, in elocutione varius, apparet.

A N N O D O M I N I 220.

Eod. Alexandro Seuero
Imper.

Æmylius Macer. I.C. Alexandri imperat̄ Papiniano σύγχρονος.
De eius scriptis non extantibus multa citantur in Pandectis. Iuris.

Africanus vetus I.C. Eius quæstionum fragmenta in pandectis habentur, alia non ext.

Alphenus I.C. Eius digestorum libri citantur in pandectis.

Callistratus vetus I.C. Eius librorum fragmenta in pandectis iuris leguntur.

DION Cassius Cocceius, patria Nicēus flor. sub Alexandro Seuero.

Eius libri de historia Romana excusi sunt Venetijs, Parisijs à Rob. Stephano, & Basilez, Græcè & Latinè Xylandro interprete.

DOMITIVS VLPIANVS I.C. Alexandri principis magister & consiliarius.

Reliquit ingentem numerum librorum, quibus potissimum referta sunt Iustiniani Digesta.

Fabius Sabinius vetus I.C. He-

A N. D O M. 230.

liogabali tempore, discipulus Papiniani, & Alexandro imperatori à consilijs. Libri Iuris ab eo scripti, enumerantur in Bibl. Geßneri. Nescio an ext.

Florentinus I.C. Scriptis institutionum libros 12. Vnde nonnulla citantur in iure D. Iustiniani.

Herennius Modestinus vetus I.C. Alexandri imperatoris ætate floruit, cui familiaris & à consilijs fuit. Eius opera in iure enumerauit Bernardinus Rutilius, de visitis, I.C.

Hermogenes I.C. quidam, clariuit circa Alexandri principis tempora: de cuius scriptis nihil cognovimus.

Hermogenianus vetus I.C. vixit circa Alexandri principis tempora. Scriptis epitomatum libros 6. N.an.ext.

Pisander Nestoris poetæ filius versificator & ipse: fuit sub Alexandro Imperatore Mammeo filio. Scriptis historiam variam versib. N. ext.

Proculus I.C. Scriptis epistolarum libros 8. N.an.ext.

Venuleius Saturninus vetus I.C. Eius scripta in iure, enumerantur in Biblioth. Geßn.

A N N O D O M I M I 240.

Gordiano Imper.

APSINES rhetor, Gadareus sophista

A N. D O M. 249.

sophista discipulus Heraclidis Ly-
cij, deinde Basilici, consularem
dignitatem adeptus. Suid.

Eius præcepta de arte Rheto-
rica, Aldus Græcè impressit, cum
alijs XII. Rhetorum scriptis.

Maior Arabius sophista con-
temporaneus Apsinæ & Nicago-
ræ sub Philippo Cæsare & ante
illum.

Suidas refert, scripsisse eum de
statibus libros 13. N. an. ext.

PHILOSTRATVS sophi-
sta Athenis primum, & deinde Ro-
mæ, sub Seuero Imper. ad Philip-
pum usq;. Eius historiæ de vita
Apollonij libri 8. Græci, excusi
Venetijs olim ab Aldo: eiusdem
Icones, Heroica, Vitæ sophistarū,
&c. ibid. cum operibus Luciani.
Epistolæ amatoriæ impressæ ibid.
in volumine Græcarum epistola-
rum. Item tetricochon in libro 4.
Anthologij. Opera eadem Latinè
sunt impressa Alemanno Rhinuc-
cino, & Stephano Nigro inter-
pretib. Coloniæ & Venetijs.

Q. SERENVS Sammonicus,
Gordiani Iunioris præceptor. E-
ius libri de medicina impressi
sunt Venetijs apud Aldum, & Pa-
risijs & Tiguri. Vide Gyraldum
qui alium putat esse. Q. Se-
renū, & alium Sammo-
nicum Sere-
num.

A N. D O M. 250. 37

ANNO DOMINI 250.
Philippo & Decio Impp.

Arrianus Historicus, alias à Ni-
comedensi, & eo posterior: ali-
quot Impp. & in his etiam Gordia-
norum vitas descripsit, teste Iulio
Capitolino. N. ext. puto.

Nicagoras Atheniensis sophi-
sta Mnesei Rhetoris filius vixit
sub Philippo Romanorum rege.

Eius scripta citantur apud Ful-
gentium in mytholog. N. ext.

ANNO DOMINI 260.

GALIENO Imper.

PLOTINVS, quem celebrant
tanquam alterum Platonem: sub
Galieno iam senex vixit adhuc an-
nos 7.

Scripsit de rebus philosophicis
libros Ethicos, Physicos, Meta-
physicos 54. in enneades sex di-
stributos, à Marsilio Ficino Floré-
tino è Græca lingua in Latinā ver-
sus, & insuper doctiss. commenta-
rijs illustratos, excus. Basil. apud
Pernam: & Salingniaci an. D. 1540.

ANNO DOMINI 270.

Aureliano Imper.

Dexippus philosophus Platoni-
cus clar. Galieni & Aurelianii tem-
poribus, extant eius quædā ope-
ra Logica, Platonica, historica, ma-
nuscripta in Italia, vide Bibl. Geß.

K

AN. DOM. 280.

Dexippus Herennius orator Atheniensis sub Valeriano usq; ad Aurelianum. Nihil scripsit, quod sciā.

Longinus Cassius philosophus sub Aureliano Cæsare, & præceptor Porphirij. Scripta eius N. extan. enumerat Suidas: cuius Dictionaryo accesserunt, quæ Longinus iste, dedicationibus alphabeti, ordine scripserat.

ANNO DOMINI 280.

Tacito Imper.

*MODESTVS, sub Tacito Augusto. Eius libellus de vocabulis rei militaris, impressus est Parisijs & Coloniae 1532. cū Vegetio, Fron-
tino, & Eliano de aciebus.*

PORPHYRIVS philosophus qui contra Christianos scripsit, Plotini discipul⁹, præceptor Iamblichi, tempore Aureliani ad Diocletianum usque. Scripsit multa, quæ enumerat Suidas: de quibus plura opuscula sunt impressa tam Græcè quam Latinè: Venetijs, Basileæ, & alibi. Sunt autem Grammatica: Logica: Poetica, vel ad poetarum fabulas intelligendum pertinentia, (vt Homericæ quæstiones: & de Nymphaeum anno) Musica. Astrologica. Metaphysica: deniq; opusculum Historicum de vita Plotini.

AN. DOM. 290.

ANNO DOMINI 290.
Diocletiano Imper.

ÆLIVS LAMPRIDIUS sub Diocletiano Augusto.

Eius historia duorum Imperatorum excusa Basileæ cum Suetonio & alijs.

ÆLIVS SPARTIANVS.

Scripsit Hadriani & Elij Veri Cess historiam excus. Basileæ cum Suetonio & alijs.

IOANNES STOBÆVS vixit post tempora Probi Imperatoris: Christianus fuisse videtur ex nomine.

Eius collectanea sententiarum ex varijs prophanis autoribus Græcis, per locos digesta, sunt excusa Venetijs: & Tiguri vna cum Latina interpretatione è regione, & Basileæ.

IVLIVS CAPITOLINVS sub Diocletiano Augusto.

Scripsit vitas Cæsarū quatuor, quæ cum alibi impressæ sunt tum Basileæ cum Suetonio, & alijs historicis.

M. AVRELIVS OLYMPIVS Afer, flor. sub Numeriano & Diocletiano Imp. poeta nobiliss.

Eius Cynigetica, de canibus & equis, & Bucolica: excudit Gryphius Lugduni: vt Ald⁹ Venetijs.

Pierius Hypsila Æginensis. Scripsit argumenta in 3. libros Claudiiani de

A N. D O M. 290.

diani de raptu Proserpinæ.

Sotericus versificator sub Diocletiano fuit. Suid. scripta eius historicam commemorat. N. an. ext.

VOLCATIVS aliâs Vulcatius sub Diocletiano.

Scriptis vitas Imp. Eius vero nunc extat tantum vita Auidij Casij Imp. impressa cum C. Suetonio Basilez: & an. 1568. apud Henricū Steph. in 8.

A N N O D O M I N I 300.

Eodem Diocletiano
Imper.

TITVS CALPHVRNIVS poeta Siculus, Diocletiano Cæsare, & Constantijs principibus floruit.

Eius Bucolicorū eclogē 7. sunt impressæ Lugduni apud Gryphium, cum Gratio de venatione. Et Tiguri apud Froshouerum, & Venetijs cum commentarijs: & Basileq; cum alijs Bucolicorum autoribus.

A N N O D O M I N I 320.

Constantino Imp.

NAZARIVS tempore Constantini Imperat. Cui dixit Panegyricum qui impressus est Basileæ apud Frobenium, cum aliquot aliorum panegyricis.

Palladius Methoneus sophista

A N. D O M. 320. 38

flor. sub Constantino rege: scriptis de festis Romanorum & alia: quæ recenset Suid. extare nō puto.

PAVLVS Ægyptius sophista, Imperante Constantino vixit.

Cuius liber apotelesmatū Græcæ extat in Bibl. Vaticana & Auguſtæ Vindelicorum.

A N N O D O M I N I 330.

Constantio Imper.

EV MENIVS Rhetor sub Constantio Cæsare. Eius oratio pro scholis instaurandis coram V. P. præside Galliæ habita, excusa Basileq; apud Frob. an. 1520. & Parisijs an. 1570. cum annotationibus Fr. Balduini.

A N N O D O M I N I 350.

Constante Imper.

Eustochius sophista Cappadox tempore Constantis regis.

Scriptis de antiquitate Cappadociæ & aliarum gentium. N. an. ext.

IVLIVS FIRMICVS.

Scriptis Astronomica excusa Venetijs apud Aldum an. 1501. & Basileæ.

Maximus Epirota aut Byzantius præceptor Iuliani Cæsaris apofratæ. Scriptis quedam Logica. Said. N. ext.

A N. D O M. 360.

ANNO DOMINI 360.

Iuliano Imper.

AMMIANVS MARCELLI
NVS sub Iuliano & Valent. Imp.
Eius historiarū libri 17. imo 18.
sunt excusi Basili. Parisi. & Geneve.

HIMERIVS Sophista, Bithyni
us vixit cum Iuliano Apostata.

Eius declamationes, & quorun
dam aliorum, excusæ sunt ab Hen
rico Stephano, in 4. an. 1557.

IVLIANVS apostata princeps
Romanus.

Scripsit Græco sermone episto
las aliquot, impress. Venetijs ab Al
do, in Græco volumine epistola
rum variorum autorum. Misopog
ona, simul cum epistolis Græcè
& Latinè impressit VVechelus in
8. xpōvīa siue Symposium editum.
Basileæ B. Vulcanio interprete.
Encomia in solem duo seruantur
in Biblioth. Stroze.

Hic Imperator factus Apostata,
Christianis studia bonarū, artium
& disciplinarum interdixit.

LIBANIVS, ex Antiochia Syriæ
tempore Iuliani principis.

Scripsit oratoria : epistolæ &
declamationes, quæ sunt impressæ
Græcè & Latinè varijs interpp.
Basil. Ferrar. Romæ, Paris. &c.

ORIBASIVS Sardianus medi
cus, Iuliani apostatae archiater.
Eius opera medica, ab Henrico

A N. D O M. 360.

Stephano sunt excusa, cum alijs
medicorum scriptis in fol.

Pallada Themistio philosopho
coœesus, cuius epigrammata plu
rima passim in florilegio Græco
leguntur.

THEMISTIVS Euphrada ob
eloquentiam sic dictus, Peripate
ticus nobiliss. tempore Iuliani a
postatae, & Valentis.

Eius opera paraphrastica in A
ristotelis logica, analitica, & com
plures libros physicos sunt excu
sa Græcè apud Aldū Venetijs : &
Latinè apud Curionem Basileæ.

Eiusdem orationes varij argu
menti, impressæ Græcè ab Henr.
Steph. in 8. & Latinè Donzellino
interprete apud Pernam Bas. in 8.

THEON Alexandrinus sub Au
gusto fait, post Arium:nanq; in fi
ne commentariorum alloquitur
Iulianum.

Scripsit commentarios in Ara
ti & Ptolomæi astronomica. Item
in Geometricorum elementorum
Euclidis libros 13. priores de quin
decim : excusi Græcè & Latinè in
fol. Basileæ.

THEON Alexandrinus Sophi
sta, Elius dictus : nescio an idem
cum superiore an alias : scripsit
Progymnasmata Rhetorica, ex
cusa, Basileæ apud Oporin. Græ
cè & Latinè Camerario interpre
te. an. Dom. 1541.

Anno

A N. D O M. 370.

ANNO DOMINI 370.

Valentianino Imper.

FLAVIVS VEGETIVS Renatus Comes Constantiopolita nus clar. sub Valentianino Augusto. Eius de re militari opus ex cusu Romæ, Bononiæ, Coloniæ, Lutetiae; & de Mulomedicina, Basileæ.

MAMERTINVS. Scripsit quædam panegyrica in laudes Imp. aliquot, excusa Basileæ apud Frobenium, anno Do. 1528. cum multis aliorum panegyricis.

VALENTINIANVS Imperator nouellarum II. autor. impressus liber Basileæ cum Codice Theodosiano.

ANNO DOMINI 380.

Theodosio M. Imper.

Heracles Monachus. Scripsit de vita in cœnobiosis degentium, cui operi titulus fuit, Paradi sus. Non ext.

MARCELLVS vir illustris. autor scripti medici flor. sub Gratianni & Theodosij Magni Imp. ætatem.

Eius liber de medicamentis em piricis est excusus Basileæ, anno 1536. & apud Henricum Stephanum.

SYMMACHVS V.C. Præ-

A N. D O M. 370. 39

fectus urbis, vixit tempore Valentiniani, Theodos. & Arcadij Augg.

Scripsit epistolarum libros 2. impress. primū Argentinę sub falso nomine Symmachi socii Boetij: item Basileæ apud Frobenium 1549. Et plures epistolæ quām sint editæ, extant apud Iacobum Cuiacum.

ANNO DOMINI 390.

Eodem Theodosio M.

Imper.

CHALCIDIVS Platonis interpres & commentator.

Eius Timēi Platonis traductio, & explanatio est impressa Parisijs 1520.

Dioscorus, cuius epistola numero 55. ad Augustinum, inter D. Augustini epistolas.

PALLADIVS Monachus, Euagrij. discipulus, imperante Theodosio maiore scripsit historiam Lausiacam sive ad Lausum, Græcè: Gentianus Heruerus Lat. F. excus. est Parisijs 1555. 1570.

PAPPVS Alexandrinus philosophus, tempore Theodosij senioris, æqualis Theoni.

Eius quædam cum comicis Apollonij Pergæi, sunt excusa Bononiæ 1566, in folio. Reliqua eiusdem scripta in Ptolomæum, & astronomica & mathematica alia:

A N. D O M. 390.

extant in Bibliothecis Romæ, &
Petri Rami.

SEXTVS AVRELIVS Vi-
ctor historicus, ab Octauio usque
ad Theodosium.

Scripsit de vitis Imperatorum,
impressa Basil. cum Suetonio, &
alijs, & apud Aldum, & Lugduni
apud Gryphium.

Theon è Musæo Egyptius philo-
sophus Alexandrinus, sub Theo-
dosio maiore.

Scripta eius Mathematica enu-
merat Suidas. N. an ext.

A N N O D O M I N I 400.

Arcadio Imperat.

CLAVDIVS CLAUDIA-
NVS poeta insignis clar. sub Ar-
cadio & Honorio. Omnia qui
fermè habentur veterum, recen-
tissimus.

Eius poemata impressa sunt Flo-
rentiæ anno 1540. in 8. & Basileæ,
& Antuerpiæ apud Plantinum in
decimo sexto.

A N N O D O M I N I 410.

Theodosio Iuniore Imper.

Licentius poeta Hipponensis,
qui Aurelio Augustino usus est fa-
miliariter: à quo vocatur poeta
celebris, eiusq; de Piramo & This-
be amatori, versus commemoran-

A N. D O M. 410.

tur. Scripsit etiam alia poemata;
quæ commendantur. Petr. Crinit.
& Gyrald.

R VFVS AVIENVS poe-
ta: tempore Probi viri consularis
ad quem scriptit.

Eius versus in Arati phœno-
mena, &c. Impressi Coloniæ 1569.
in fol. cum Arato.

SEXTVS RVFVS vir consu-
laris: Volaterranus Festum Ru-
fam scribendum assertit: quod si
verum, videtur idem esse author,
de quo supra diximus, Rufi Festi
Aueni nomine.

Sexti Rufi epitome de historia
Romana, excusa Basileæ & Colo-
niæ.

A N N O D O M I N I 420.

Eod. Theodosio Iuniore Imp.

CYRVS Panopolita versifi-
cator, vixit sub Theodosio Iunio-
re rege. Scripsit epigrammata,
quæ libro 4. florilegij habentur.

Iucundissimus fuit scriptor, qui
ob ingenij sui monumenta, ad am-
plissimos honores ac dignitates
est elevatus. Vide plura apud Gy-
raldum dialogo 5.

EVOXIA Theodosij Iu-
nioris Imper. vxor, supra modum
carminum & poetices studiosa.
Ipsa plurima scripsit poemata: ex-
tant eius Homerocentrona, id est
Cento confectus ex Homero de
Christo

A N. D O M. 410.

Christo Domino. Liber excusus sine autoris nomine, cum interpretatione Latina è regione: Francoforti 1541, apud Purbachum: cum Probæ Falconiæ centonibus Vergilianis, & Nonni carminibus in Euang. Ioannis. De vita Eudocia vide Gyraldum, dialogo 5.

Helladius Alexandrinus Grammaticus, sub Theodosio Iuniore.

Scripta eius enumerat Suidas: ea extare non puto. Lexicon tamen eius Suidæ vocabulario coniunctum est, vt operis inscriptio præ se fert.

PRISCVS PANITES gener, sophista, Theodosij Iunioris epistolarum Magister fuit: orator ad Attilam Hunnorum regem.

Scripsit historiam Constantiopolitanam, quæ hodie in Bibliotheca Vaticana continetur. Raph. Volater.

A N N O D O M I N I 430.

Eodem Theodosio Iuniore Imper.

PROBA FALCONIA Matrona Romana, quæ Adelphi Romanii viri proconsularis vxor fuit, floruit Honorij ac Theodosij Iunioris Imp. temporibus.

Scripsit Vergiliocentonem, quem Eudocia Theodosij vxori misit: qui miro est artificio con-

A N. D O M. 430. 40

cinnatus: ex Vergilianis enim versibus omnem Christi Seruatoris vitam explicauit: libellus excusus est Francoforti 1546.

Sunt qui perperam asserere aucti sunt, Probam Antonini Pij temporibus vixisse. Gyrald. dialog. 5. histor. poetar.

S O C R A T E S Græcus, historicus ecclesiasticus, discipulus fuit Helladij, & Ammonij Grammaticorum. Eius historiam ecclesiasticam Græcam, Robertus Stephanus excudit Parisijs 1545. cum alijs quibusdam Græcis veterum Theologorum. Et Latinè Ioanne Christophorono interprete Coloniæ anno 1581. cum Eusebio, & alijs histor. ecclesiast. scriptorib. Græcis, Latinè versis.

SOZOMENVS Græcus, historicus, sub Theodosio Iuniore.

Historiæ eius ecclesiasticæ libri nouem integri, excusi Græcè Parisijs apud Robert. Steph. cum Euseb. j. Socratis, Theodoreti eiusdem argumenti libris. Idem libri Latinè excusi sunt Basil. VVolfgango Musculo: & Coloniæ, Ioan. Christophorone interpretib. an. 1581.

A N N O D O M I N I 440.

Eod. Theodosia Iuniore Imp.

Orion Thebanus tempore Eudociae vxoris Theodosij Iunioris.

A N . D O M . 4 6 0 .

Scripsit collectanea sententiarum sive florilegium. Suid. N. ext.
Eius autem etymologiaz, seruantur in Biblioth. Strozz.

V R S O cuius extat liber de somniorum interpretatione.

A N N O D O M I N I 4 6 0 .

Leone Imper.

Nicolaus Rhetor, vide Plutarchus.

Plutarchus Nestorij filius, alias Nicolaus Rhetor Atheniensis philosophus, ad quem Proclus anno ætatis suæ 20. deductus est ut eum philosophantem audiret in schola Athenensi, antecessor Syciani philosophi, Clar. sub Leone Imperat. Seniore, vsq; ad Zenonem & Anastasium, id est ad an. Do. 490. Scripsit quædam Rhetorica non extantia. Suid.

A N N O D O M I N I 4 7 0 .

Eodem Leone Imper.

Paneratius Sophista. Vixit Leo nis senioris tempore vsq; ad Zenonem.

Huius feruntur libri, de arte culinaria. Suid.

A N N O D O M I N I 4 8 0 .

Zenone Imper.

Seuerianus Echneicus Græcus,

A N . D O M . 4 8 0 .

tempore Zenonis Imperatoris. Scripsit epistolas aliquot. Suid. N. ext.

A N N O D O M I N I 4 9 0 .

Eodem Zenone Imper.

ÆNEAS Sophista GAZÆVS Platonicus Christianus.

Eius epistolas Aldus impressit Venetijs: dialogus de immortalitate animæ, Græcè & Latinè excusus Tiguri apud Gessneros : & Basileæ.

A L C I M V S Auitus Gallus, Viennensis archiepiscopus, poeta Christianus.

Eius poemata Basileæ sunt excusa in 4. cum reliquis poetarum veterum ecclesiasticorum operibus à Georgio Fabricio editis.

Eugenius Trophimi Grammaticus, sub Anastasio rege vixit sex.

Eius Dictionarium Suidas adiecit suo, quod inscriptio indicat: alia non extant.

Syrianus Alexandrinus philosophus, (de quo Suidas in Syriano & in Ammoniano) successor Plutarchi Nestorij in schola Athen.

TERENTIANVS MAVRVS contemporaneus Alphio Auto, Septimo, Petronio Arbitro, & Aurelio Apollinari.

Exceluit in poetica, & opus composuit

A. N. D. O. M. 490.

composuit vario multipliciō carminum genere, de literis, syllabis, pedibus, & varijs metris: impressum Francoforti 1532. Et Lutetiae cum commentario Villerij cuiusdam, in 4. apud Colinseum.

Zofimus Gazeus aut Ascalonites Sophista tempore Anastasij regis. Eius commentaria in Demosthenis Philippicas & lexicon, seruantur Romæ in Biblioth. Vaticanana. Eiusdem liber de Rhetorie, dictionibus Suidē Dictionario accessit.

A N N O D O M I N I 500.

Anastasio Imper.

C O L V T H V S Thebanus versificator clar. tempore Anastasij principis.

Eius opusculum de Helenę raptu, impress. Venetijs apud Aldum, & Basileę cum annotationibus.

H E S Y C H I V S Milesius sub Anastasio rege: Scripsit catalogum celebrium in literis virorum & chronicam. Suid.

Hesychij cognomento Illustrij (for tē huius Milesij) liber, de his qui eruditionis fama claruerunt, Græcē & Latinē, Adriano Junio interprete editus Antuerpiæ.

I O A N N E S Grammaticus cognomento PHILOPONVS,

A. N. D. O. M. 500. 41

Scripsit Grammatica, Logica, Physica, Arithmeticā, Alstronomica, &c. Græcē excusa Venetijs, & alibi.

P R O C L U S Lycius vel Byzantinus potius, dictus Diadocchus, Philosophus Platonicus: adolescens Alexandriæ præceptores habuit Leonam Rhetorem: Orionem Grammaticum, Olympiodorum philosophum, & Heronem Mathematicum. Anno ætatis 20. Athenas profectus, dedit operam philosophis, & audiuit Plutarchum, Nestorium, & Syrianum Philoxeni filium: quibus in schola Platonica Athenien. successit, vixitque annis 75. successoremque habuit Marinum Neapolitanum, à quo vita Procli est scripta.

Eius hodie commentarios in Platonē habemus: scripsit etiam alia plura philosophica: vt Physica, Astronomica, Geometrica, Methodophysica Ethica, Poetica: deniq; Theologica contra Christianos.

Hic est Proclus, inquit Suid. qui post Porphyrium, secundus, contra nos latravit. Aduersus quē Ioannes cognomento Grammaticus scripsit apologiam, dictans eum quanquam in rebus Græcanicis magnum, stultum tamen esse, & in hac parte indoctum.

Extant eius opera excusa, Pa-

L

A N. D O M. 500.

risij, Venetijs, Argentine, Basilej, Tiguri, &c.

Timotheus Gazæus Grammaticus, tempore Anastasij regis. Scripsit heroico versu libros aliquot de animalibus, quos enumefat Suidas. N. puto extare.

A N N O D O M I N I 510.

Eod. Anastasio Imper.

Symmachus patricius, senator & consul Romanus, ficer Boetij. Scripsit N. quod sciam: nam epistolarum eius nomine editarum, author est antiquior: vide ad an. Dom. 380. Symmach.

A N N O D O M I N I 520.

Iustiniano Imper.

B O E T I V S Anitius Manlius Seuerinus Romanus patricius, & exconsul in omni disciplina egregie doctus, & in pangendis versibus mira facilitate vlus. Scripsit Theologica, Logica, Rhetorica, Arithmetica, Musica, Ethica, Geometrica. Ad rationem studio rum pertinentia: denique varia in epistolis. Excusa separatim Venetijs: in Gallia, Tiguri. Et omnia quoiquot extant eius opera Basileæ apud Henric. Petri.

M A R I N V S Neapolitanus, philosophus & rhetor, discipulus.

A N. D O M. 520.

& successor Procli. Virā Procli de scripsit. Excus. Græcē & Latinē Tiguri in 8. apud Geffneros. Vide plura apud Suidam.

A N N O D O M I N I 530.

Iustiniano Imper.

A G A T H I A S Scholasticus flor. Iustiniani temporibus: Scripsit post Procopium Cæsariensem. Eius historiarum de rebus quæ sub Belisario acciderunt, tomi Græci, Romæ extant, Latinē impressi Basileæ libris quinq. Et eiusdem florilegium, diuersorum genere epigrammatum lib. 7. in 8. Venetijs an. 1521. excusum: quod Latinē redditum extat in Bibliot. Imperatoris.

P a u l u s S i l e n t i a r i u s cuius Epigram. in florilegio Græco.

P R O C O P I V S Cæsarien. rhetor, sophista, & historicus: fuit temporibus Iustiniani Cæsar: scriba Belisarij. Scripsit historica de Iustiniano Cæsare & Belisario: & rebus Gothorū, Persarum, & Vandalorum. Item de ædificijs Iustiniani. Impressa Græcē & Latinē Venetijs, Basileæ, &c. Eiusdem (si non Procopij Gazæi) epistolæ aliquot, mirè elegantes. Impressæ ab Aldo in volumine Græcarum epistolarum.

S I M P L I C I V S magnus philosophus

A N. D O M. 530.

Iosophus, circa Iustiniani tempora floruit. Christiahus non fuit.

Scripsit commentarios Gr̄ecos in Aristotelis prædicamenta, in enchiridion Epicteti; omnia excusa Venetijs, &c alibi.

TRIBONIANVS vir prudenterissimus, 50. librorum Digestorum author.

A N N O D O M I N I 540.

Eodem Iustiniano Imper.

D A M A S C I V S Stoicus philosophus Platonicus claruit; Iustiniani tempore.

Scripsit in Aristotelis Physica, & in Parmenidem Platonis, extant Romæ in Vaticana Bibliotheca, & apud Diegum Hurtadum.

M A R T I N V S Episcopus Du mensis cœnobij rector & abbas.

Scripsit de 4. virtutibus, siue formulam honestæ vitæ: excus. Basileæ cum præfatione Gilberti cognati.

S V I D A S, Dictionarij Gr̄eci, Historici & Grammatici autor primus: est scriptor antiquissimus: longè eos ætate antecessit, ex quibus commentaria ipsa, cinnata legimus: Quæcum ipse non admodum magna condidisset, ab alijs postea multis locupletata & aucta sunt, primiç Suidæ, nomen obtinuerunt: id quod &

A N. D O M. 540. 42

euenisce in Calepino nostris dieb. videmus. Antiqui illius Suidæ fit mentio à Strabone, & ab ijs qui in Apolloniū Rhodium commentaria scripserunt, & à Stephano & alijs. Quidam duos Suidas fuisse autumant, Antiquorem historicum: & recentiore grammaticum: quam distinctionē improbat Gerald. Dialogo 3. histor. poetarum. Locupletatores igitur eius operis antiquioris, Suidæ nomen relinquentes, vixerunt post Timo theum Gazæum. Et plures alios, quorum dictionaria in suum transcripserunt: quod est excusum Venetijs apud Aldū: Mediolani, item & Basileæ in fol.

A N N O D O M I N I 610.

Heraclito Imper.

Maximus Cæsar Augustanæ vr bis Episcopus. Scripsit de gestis Gothorum in Hispania. N. ext.

T H E O P H Y L A C T V S Simocates Historicus & Sopista, vixit post tempora Mauritij Imperatoris.

Eius epistolæ, morsales, rusticæ & meretriciae, impressæ Venetijs ab Aldo, in volumine Gr̄ecarum epistolarum variorum autorum. Eiusdem historica, extant Gr̄ecæ Venetijs apud Diegum Hurtadū: & Romæ in Vaticana bibliotheca,

A N. D O M. 620.

ANNO DOMINI 620.

Eodem Heraclio Imper.

PRISCIANVS Grammaticus
Cæsariensis patria: claruit tempore
ribus Colosse regis Persarum, &
Heraclij Imper.

Eius Grammatica, & Rhetori-
ca scripta, omnia sunt excusa Pa-
risijs in fol. & alibi cum commen-
tarijs, & Colonie.

ANNO DOMINI 660.

Constante Imper.

Andonens qui & Dado episco-
pus Rothomagen.

Scripsit vitâ S. Eligij. N. an ext.

ANNO DOMINI 670.

Constantino Pogonat.

Imper.

CONSTANTINVS Cæsar au-
tor librorum 20. de re Rustica, qui
sunt excusi Græcè & Latinè Basile-
æ. Eiusdem liber de regno ad
Romanum filium, extat Græcè in
Vaticana Bibliotheca.

Constantinopolitanus hic Im-
perator, multis splendidis victo-
rijs, terra ac mari potitus, & Sar-
cenis Arabibus deuictis, pacem
vbique firmavit, & Philosophia ac
Rhetorices studia, ferè perditæ,
aliasq; bonas artes renouauit, &c.

A N. D O M. 700.

ANNO DOMINI 700.

Absimaro Imper.

ÆGIDIUS monachus Benedi-
ctinus Græcus. Scripsit carmini
bus de pulsibus lib. I. De vrinis li.
I. qui ambo impressi sunt Lugdu-
ni in 8. an. 1505. & Basileę an. 1529.

ANNO DOMINI 760.

Constantino Copronymo.

Imper.

Venus Episcopus Hispalensis.
Scripsit vitam Eutropij Episcopi.
N. an ext.

Wilibaldus Episcopus primus.
Eystetensis, natione Scotus: Scri-
psit vitam S. Bonifacij Episcopi.
lib. I. N. an ext.

ANNO DOMINI 770.

Leone III. Imper.

Ishardus Monachus Benedicti-
nus. Conscriptis Martyrologium.
N. an ext.

ANNO DOMINI 820.

Ludouico Pio Imper.

Rom.

PHILES quidam Græcus,
sub Michaele Imperatore Con-
stantinopolitano.

Scripsit

A N . D O M . 820.

Scripsit versus senarios de animaliū proprietate: impressi sunt Venetijs Græcè.

A N N O D O M I N I 830.
eod. Lud. Pio Imper.

TVRPINVS archiep. Remensis, Caroli M. Imper. secretarius.

Eius liber de gestis Caroli Magni editus est Francoforti inter quatuor celebres historicos, Germaniæ.

A N N O D O M I N I 840.
Lothario Imper.

Helduinus abbas S. Dionysij Parisiensis. Scripsit vitam S. Dionysij stylo vtroq; N.an.ext.

A N N O D O M I N I 850.
Ludouico II. Imp.

ROSVIDA nobilis mulier in Saxonia nata, in Gundeshemensi cœnobio quod non longe ab Hildeshem distat, sacromonialis coetanea Ioannis Anglici, qui doctrina sua papatū, (Ioannis VIII. nomine) meruit. Trittem. & Gyraldus.

VVandelbertus diaconus & monachus Prumiensis. Scripsit vitam & miracula S. Goaris presbyteri: item martyrologium metri-

A N . D O M . 870. 43

ce N. an. extet.

A N N O D O M I N I 870.
Carolo Calvo Imper.

Basilius Imperator. cuius extant paræneses ad Leonem filiam manuscript. Venetijs & Romæ in vaticana Biblioth. Strozæ: & Vienæ in Bibl. Imperatoris.

A N N O D O M I N I 880.
Carolo Cacco Imper.

HVG BALDV monachus Eluoacn. Gallus vir doctus. Eius ecloga de calvis, in qua omnia verba à litera C. incipiunt, impressa est Basileæ an. Dom. 1516. & rursum 1546.

A N N O D O M I N I 900.
Ludouico III. Imper.

Aurelianuſ ecclesiæ Rōmensis clericus musicus. Scripsit de regulis modulationum, quas Tenores vocant. N.an.ext.

A N N O D O M I N I 950.
Othone I. Imper.

LVITPRANDVS vel Eutran dus Ticinen. ecclesiæ diaconus historicus.

Eius libris sex, rerum ab Euro-

A N. D O M. 950.

pe Imperatoribus ac regibus ge-
starum excusi sunt Parisijs & Ba-
sileæ an. Dom. 1532.

A N N O D O M I N I 1020.

Henrico II Imper.

Osbertus Cantuarien. mona-
chus. Scripsit vitam Dunstani ar-
chiepiscopi. Historiam Alphei ar-
chiepis. De musica & alia. N.an.
extantia.

A N N O D O M I N I 1040.

Henrico III. Imper.

Achelnotus Cantuariensis epi-
scopus scripsit lib. epistolarum ad
diuersos. N.an. ext.

HERMANNVS CONTRA-
CTVS monachus S. Galli: comes
Veringensis.

Scripsit Astrologica, & musica
N.an. extantia.

Eius chronicon impressum est
Basileæ an. 1536. cum Eusebio, &c.
obijt an. D. 1054.

A N N O D O M I N I 1050.

Eod. Henrico III. Imp.

MERBOLDVS sive Merbo-
dæns, vel Marboden. Dicitur esse
autor libelli cuiusdam de lapidi-
bus ac gemmis, hexametris vers.
conscripti, impressi Francofor-

A N. D O M. 1050.

dæ cum Macro de herbis.

A N N O D O M I N I 1060.

Henrico III. Imp.

Eckeberthus Clericus Leodien.
ecclæ. Scripsit metro eleganti,
de ænigmatibus rusticaniis libr. 2.
& quædam alia. N.an. ext.

MICHAEL PSELLVS Græcus
scriptor eruditus Constantini Du-
ca Imperat. tempore floruit.

Scripsit de dæmonibus libr. 2.
Græcos, quos Diegus Hurtadus
Venetijs possidet: excusi sunt etiæ
Latinæ in officina Aldi. Eiusdem
Arithmetica, impressa Paris. 1538.
Expositio in oracula Chaldaica
impressa ibid. Scholia in Home-
rum habet Oporinus. Eiusdem
scripta medica, latent Romæ in
Vaticana. In Aristotelis quædam
logica sunt edita Basileæ, & Ve-
netijs. Varia eiusdem philosophi-
ca sunt impressa ibid. & asservan-
tur manuscripta in Bibl. Impera-
toris Viennæ: & Diegi Hurtadt.

A N N O D O M I N I 1070.

eod. Henrico III. Imp.

ISAAC BEIMIRAM medicus.

Scripsit medica, quæ enumerat
Symphorianus Champerius. E-
ius de victus salubris ratione libri
duo excusi sunt Basileæ 1571.

NICEPHO-

A N. D O M. 1070.

NICEPHORVS BLEMMI-
DA clar. sub Ioanne Duca.

Eius scripta logica sunt impres-
sa Basileæ. Philosophica alia ex-
tant in Bibliothecis, Venetijs &
Romæ, manuscript.

Simeon SETHVS magister An-
tiochiae tempore Michaelis Du-
ce Imperat. Eius liber de cibario
rum facultatibus Græcè & Lat-
inè excusus Basileæ 1518. Narra-
tiones Indicæ vocatæ Ichnilatæ
sunt in Bibliothecis Augustæ Vin-
delicorum & Viennæ in Impe-
ratoris.

A N N O D O M I N I 1120.

Henrico V. Imp.

HALI filius abbas discipulus
Abimeher Moysi filij Seiar: cuius
opus regale libr. 20. ex Arabico in
Latinum sermonem translatū an.
Dom. 1127. excusum est Lugduni
an. 1523.

RVPERTVS monachus S. Re-
migij.

Eius historia bellorum Chri-
stianorum contra Saracenos ex-
cusæ Basileæ apud Hen. Petri.

A N N O D O M I N I 1140.

Conrado III. Imp.

Dudechinus presb. ecclesiæ in
Longenstein.

A N. D O M. 1140. 44

Scripsit de sua peregrinatione
Hierosolymam. N. an. ext.

RODOLPHVS BRVGHEN-
SIS. Eius translatio Latina Cl.
Ptoleæmi planispherij impressa
Basileæ 1536.

A N N O D O M I N I 1150.

Friderico I. Imp.

AVERROIS medicus Cordu-
bensis, Commentator Aristotelis.
Cuius commentarij in Aristote-
lis opera omnes, alijque ipsius in
logica, philosophia & medicina
libri, impressi sunt Venetijs 1552.
& ibidem apud Iuntas in 8. an. D.
1565.

AVICENNA Cordubensis.
Cuius opera in re medica : & alia
sunt excusa, Venetijs, Parisijs, Frâ-
coforti, Basileæ.

LIGVRINVS quidam tempo
re Friderici Barbarossa.

Scripsit historiam de Friderico
Barbarossa Cæsare Argentinæ
excusam: & librum de rebus Ger-
manicis nondum impressum. Ci-
tatur in chronicis Ioannis Cuspi-
niani. .

A N N O D O M I N I 1160.

Eodem Friderico I.

Imper.

IOAN. MESVA vel Damasce-

A N. D O M. 1160.

nus filius Mesuæ, filij Hamech, fi-
lij Heli, filij Abdela regis Dama-
sci: clar. teste Symphoriano Cam-
pegio 1158.

Opera eius medica sunt impres-
sa Lugduni: & quædam Parisijs in
fol. 1544.

A N N O D O M I N I 1170.

eod. Frid. I. Imper.

Christianus Friderici I. archi-
cancellarius, & archiepiscopus
Moguntinus, scripsit Friderici I.
Imperatoris gesta & vitam. N. an.
ext.

A N N O D O M I N I 1190.

Henrico VI. Imp.

Martinus quidam Ll. professor.
Eius sunt in iure decisiones, à
posterioris in controversiam voca-
tæ & confutatæ: de quibus Iason
dicere non est veritus, Martinum
nihil unquam sani veriq; dixisse.
Ioan. Fichardus.

A N N O D O M I N I 1200.

Philippe Barbarossa F.
Imper.

E V S T A T H I V S præful patriæ
Constantinopolitanus commen-
tator Homeri.

Eius commentarij in Homerū

A N. D O M. 1206.

& Dionysium de situ urbis Romæ,
Basileæ, & Parisijs sunt excusi. O-
pusculum de dialectis apud Ho-
merū, impressum ab Aldo in lib.
cornucopiaz inscripto.

I oannes BOSIANVS I.C. præ-
ceptor Azonis. Scriptis in pan-
dectas & super C.

POLYCARPVVS Ioannis Apostoli auditor: Scripsit ad Philippem epistolam: Item ad Dionysium Areopagitam, & ad alias ecclesias. Suid. Ex his epistola vna, cum argumento Iacobi Fabri impressa est cum epistolis Ignatij. Basileæ: & Latinitate donata à Peronio est excusa Coloniz, cum operibus Dionysij Areopagitæ an. 1557.

ANNO DOMINI 110.

S. Beatus Heluetiorum Apostolus floret. Stumpff. lib. 7.

ANNO DOMINI 120.

Aristides Athenien. philoso-

AN. DO. 120. 60

plus eloquentissimus, sub pristino habitu discipulus Christi, scripsit Apologeticum pro Christianis, ad Hadrianum Principem. Hieronym. N. ext.

Quadratus Athenien. Episcopus: cum esset Doctor insignis. Scripsit inter alia pro Christianis ad Adrianum Principem Apologeticum lib. 1. & alia nobis incognita. Trittem. ex D. Hieronym. N. ext.

ANNO DOMINI 130.

Agrippa cognom. Castor. Scripsit aduersum 24. Basilidis hæretici volumina. Hieron. N. ext.

IVSTINVS ex philosopho Christianus. Cuius scripta sunt excusa Græcè Parisijs apud R. Stephanum. Latinè Ioanne Francisco Pico Mirandulano: Sigismundo Gelenio: & rursum cum commentar. Ioanne Lango interpretibus Basileæ an. Do. 1528. & 1555.

Ioachimus Peronius, Cormiacensis, ordinis diui Benedicti, in Latinā linguam translatis beati Iustini Philosophi & Martyris opera omnia quæ adhuc inueniri potuerunt, id est, quæ ex Regis Galliq Bibliotheca prodierunt obseruationesque in multis eiusdem Iustini libros fecit. Parisijs in fol. apud Iac. Dupuy 1554.

SERIES PATRVM

ANNO DOMINI 140.

Aquila Ponticus, clar. vt scribit Epiphanius, sub Hadriano Augusto. Hic ex Iudaismo ad fidem conuersus, postea rursum factus proselytus, Biblia de novo interpretatus est Græcè, fide nō bona. Vide Bibl. Sixti Senen.

ANNO DOMINI 150.

HERMES Pastor, vixit temporebus Pij 1. Papæ. Cuius liber visionum, Argentinæ excus. an. Do. 1522.

Iacobus Brokes, Baleo teste scriptus, lib. 1. super Angliæ defectione à Papa.

ANNO DOMINI 160.

HEGESIPPVS Hebræus Historicus, scriptus omnes à passione Domini usq; ad suam ætatem historias libris 5. Item de bello Parthico excus. Coloniæ. Floruit vici nus apostolicis temporibus, peruenitq; usq; ad Antoninum Pium. an. Do. 160.

Melito Asianus episcopus Sarden. Scriptus pro Christianis ad Imperatorem: aliaq; plura quæ enumerat Trittem. N. ext.

Proclus, vir doctissimus, hære-

AN. DO. 160.

ticos refutat. Hieronym. in catalogo.

Q. SEPT. FLOR. TERTVL-LIANVS. Vide ad an. Do. 200. secundum Trittemium.

ANNO DOMINI 170.

Apollinaris Hieropolitanus, in Asia episcopus: Scriptus Apologeticum pro Christianis lib. 1. aduersus gentes lib. 5. & alia. Hieronym. N. ext.

ATHENAGORAS Atheniensis philosophus Christianus: cuius opuscula Græcè & Latinè sunt ex cusa Tiguri in fol. apud Gessnerum & Genevæ eleganter in 8.

Dionysius Corinthiorum Episcopus scriptus epistolas eloquentissimas ad Græcię resplicas. an extent N.

IRENAEVS episcopus Lugdunensis scriptus aduersus hæreses, &c. Cuius libri Nicolai Gallasij opera eleganter editi Genevæ an. 1570. in fol.

Philippus Episcopus Cretensis, præclarum aduersus Marcionem edidit librum: temporibusque M. Antonini Veri, & L. Aurelii Commodi claruit. Hieronym. Non extat.

TATIANVS Assyrius. Eius oratio

oratio ad Græcos excus. Tiguri
Græcè & Latinè.

THEOPHILVS Antiochenus
episcopus: scripsit varia: at eius ad
Autolycum libri 3. excusi Tiguri
Græcè & Latinè.

ANNO DOMINI 188.

Apollonius vir disertissimus scri-
psit aduersus Montanum. Contra
ipsum scripsit Tertullianus. flor.
sub Commodo Seueroq; princi-
pib. Hieronym. N. ext.

Musianus: sub Imper. M. Anto-
nino Vero, confecit librum, aduer-
sus quosdam fratres, qui de Eccle-
sia ad Encratitarum hæresin, de-
clinauerant. Hieronym. N. ext.

Pinytus Cretensis, Gnossiæ vr-
bis episcopus, scripsit ad Diony-
sium Corinthi episcopum, episto-
lam. Hieronym.

Theodotion Ephesinus, vir do-
cissimus: Translationem scriptu-
rarum ex Hebræo f. Latinam, &
etiam alia quædam conscripsit o-
puscula. Trittem. N. ext.

ANNO DOMINI 190.

Apollonius Romanæ vrbis Se-
nator, sub Commodo Principe, à
seuero Seuero proditus, quod
Christianus esset, impetrato, vt
fidei suæ rationem redderet, in-

signe volumen composuit: quod
in Senatu legit: nihilominus ta-
men sententia Senatus, pro Chri-
sto, capite truncatus est: Veteri
apud eos obtinente lege, absque
negatione non dimitti Christia-
nos, qui semel ad eorum Iudici-
um pertracti essent. Hieronym.

Bardesanes, in Mesopotamia
clarus: Scripsit infinita aduersus
omnes penè hæreticos qui æta-
te eius pullulauerant, volumina.
N. ext.

Candidus regnibus Commo-
do & Seuero, in Hexaemeron pul-
cherrimos tractatus edidit. Hie-
ronym. & Euseb. N. ext.

*Iudas Historiographus & Theo-
logus*: Chronographiam superio-
rum temporum, vsq; ad decimum
Seueri perdixit annum, scilicet
204. Christi. Hieronym. Hic ob-
mundi malitiam, finem tempora-
instare dicebat. Euseb.

Milciades, flor. M. Antonini Co-
modi temporibus. Hieronym. Sed
Trittemius aliquot annis antiqui-
orem facit. Scripsit contra gentes
& Iudeos: & principib. sui tempo-
ris apologeticum dedit. N. ext.

Rhadon Asianus: temporibus
Commodi & Seuero flor. Hiero-
nym. Elegantem composuit tracta-
tus: & insignia opera. N. ext.

*Serapion Episcopus Antioche-
nus* scripsit epistolas & alia N. ex-

SERIES PATRVM.

tantia quæ commemorat Hieronymus.

ANNO DOMINI 200.

Appion sive *Appius*, sub Seuero Principe in Hexaemeron tractatus f. Hieron.

Arabianus Hieron. habet Brabianus sub Seuero Principe edidit quædam opuscula, ad Christianum dogma pertinentia. Hieron. N.ext.

Bacchilus, Corinthi episcopus: scripsit de paschate librum. clar. sub Seuero Imper. Rom.

CLEMENS Episcopus ALEXANDRINVS præceptor Origenis, cuius opera excusa Florentiæ & Basileæ.

Heraclius, sub Commodo Seueriq; Imperio: in Apostolum commentarios composuit. Hierony.

Maximus, ventilavit quæstion. vnde Malum: Et quod materia à Deo facta sit. Hieronym.

Polycrates Ephesiorum episcopus, cum cæteris episcopis Asiæ, scripsit aduersus Victorem Episcopum Romanum: pro libertate obseruationis festorum, epistolam Synodicam, in qua docet, se Apostoli Ioannis, & veterum autoritatem sequi. Vide Hieronym. Hor. temporib. Seueri Principis.

Q. SEPTIMIVS FLORENS.

AN. DO. 200.

TERTULLIANVS. Eius opera auctiora sunt excusa Parisijs & Basileæ in Officina Frobeniana: Novum item eius operum editionē adornauit Theodo. Beza, cum annotationibus. Poetica Basil. in 4. flor. hoc tempore secundum Trittemium: secundum alios an. 160.

Sextus sub Imp. Seuero. Librū de Resurrectione scripsit. Hieron. N.ext.

Symmachus Samarites, interpres Bibliorum, sub Seuero agnoscitur Iornand. de temp.

Theophilus Cæsareæ Palæstinae episcopus: sub Seuero Principe, aduersus eos qui 14. Luna cum Iudæis pascha faciebât, eum cæteris episcopis Synodicam & valde vitalem composuit epistolā. Hierony.

ANNO DOMINI 210.

Pantænus Stoicæ sectæ philosophus sub Seuero Principe & Antonino Caracalla: reliquit aliquot commentarios in sanctam scripturam Hieronym. N.ext.

VICTOR XIII. Romanæ urbis episcopus, super quæst. Paschæ, scrips. & rexit ecclesiam sub Seuero Principe. Hieronym. Eius decreta cum reliquis Pontificijs impressa sunt.

Anno

ANNO D.O. 220.

Iulius Africanus, sub Imperat. M. Aurelio Antonino, legationem pro instaurazione vrbis Emmaus suscepit. Abdijæ Babilonij de historia certaminis Apostolici libros X. est interpretatus: qui sunt excusi opera Vvolphgangi Lazij, Basileæ apud Oporinum in fol. an. D. 1551. Hieronymus plura eius scripta recenset, quæ N. ext.

ANNO D.O. 230.

Ambrosius Origenis auditor, primo Martionites, deinde ab Origine correctus Ecclesiæ Alexandriæ diaconus: scripsit de sua conuersione gratias agens ad Origenem, & quædam alia N. ext. Hieronym.

AMMONIVS Alexandrinus: tempore Origenis, qui inter alia scripta N. an extan. quæ commemorat Hieronymus, scripsit Canones Euangelicos quos Ceruicornus excudit Coloniæ an. Do. 1532. in 8. chartis 18. Scripsit item in passiones Apostolorū qui liber impressus Coloniæ in 4.

Berillus Arabiæ Botrenus episcopus, in quandam hæresim lapsus, ab Origene correctus, scripsit varia opuscula, & maximè e-

AN. D.O. 230. 62

pistolas. Extat & dialogus Origenis & Berilli. Honor. ex Hieronymo.

GAIUS sub Zepherino Rom. vrbis episcopo, & sub Antonino Seueri filio disputauit aduersus Proculum, Montani sectatorem.

Epistolam, quæ fertur ad Hebreos, dixit non Pauli esse.

Eius decreta cum reliquorum Pontificiū decretis impressa sunt.

Gemianus presbyter Antiochenus, sub Alexandro principe, pauca ingenij sui monumenta compoluit Hierony. N. ext.

HIPPOLYTUS Episcopus & Martyr sanctam scripturam commentarijs suis illustravit, teste Eusebii lib. 6. cap. 17. N. an ext.

At Hippolyti de Apostolorum peregrinatione & martyrio libellus in Biblioth. H. Memmij ext.

Eiusdemque oratio, de consummatione mundi, & de Antichristo, & de secundo aduentu D. N. I. Christi, Latinè edita est Parisijs, anno Domini 1557. Ioanne Pico interprete.

MINUTIVS Fœlix, Romæ insignis Causidicus scripsit dialogū Christiani & Ethnici disputantium, qui Octavius inscribitur.

Hic dialogus hactenus falso Arnobij libris 7. aduersus gentes pro octavo adiectus est.

Eidem Minutio tribuitur liber

SERIES PATRVM.

de Fato, vel contra Mathemati-
cos: sed stylis elegantia, diuersum
authorem arguit. Simler.

ORIGENES qui & Adamantius.

Eius opera Basileæ & postre-
mò Parisijs à Gilberto Genebrar-
do edita tomis duobus in fol.

1574.

Tryphon, Origenis auditor, ad
quem nonnullæ eius extant epi-
stolæ: scriptis de vacca rufa, & a-
lijs sacrificiorum ritibus Hieron.
N. ext. puto.

ANNO DOMINI 240.

CÆCILIVS CYPRIANVS,
Cartaginensis Episcopus: Eius
opera sunt excusa Basileæ, Lugdu-
ni, Coloniæ, & Antuerpiæ 1568. E-
ditio optima fuerit N. Gallafij.

GREGORIVS NEOCÆSA-
RIENSIS Ponti Episcopus co-
gnominatus Taumaturgus Orige-
nis auditor, de cuius scriptis pa-
negyricus ad Originem, extat Ro-
mæ in Vaticana. Canones & episto-
læ & metaphrasis in ecclesiastem
excus. Basileæ & Augustæ, &c.

Lucianus vir disertissimus An-
tiochenæ ecclesie presbyter, post
modum Nicomediæ episcopus:
Scriptis librū de fide: & epistolas.

Passus est sub Maximiano. Hiero-
nynom. De quo etiam autore mul-

A N. D O. 240.

ta scribit Suidas.

PAMPHILVS presbyter: cu-
ius extat apologia pro Origene in
operibus Origenis & in 2. tomo
D. Hieronymi operum.

Phileas Episcopus Thebaidæ
Ægypti, nobili genere, magnis o-
pibus: scriptis de Martyrum lau-
de: & contra iudicem iniquum.
Pro Christo capite truncatus.
Hieronym.

PONTIUS Diaconus Cypria-
ni. Scriptis de vita & passione Cy-
priani: qui libellus impressus est
in frontispicio operum ipsius Cy-
priani.

Theodorus, postea Gregorius.
appellatus, Neocesareæ Ponti Ep-
iscopus, Origenis auditor: scri-
psit panegyricum Eucharistie: &
in Ecclesiastem. Hieronym.

ANNO DOMINI 250.

Alexander Capadociæ Episco-
pus, scriptis epistolas ad Orige-
nem, & alios.

Sub Decio, martyrio, carceri in-
clusus, coronatus est. Hieron.

CORNELIVS Romanæ urbis
Episcopus, cuius scripta quædam
non extan. enumerat Hieronym.

Eius Decreta vide in volumine
Decretorum & Synodorum excuso
Coloniæ. Extant etiā eius episto-
læ duæ, Lutetiae excusæ cū Auito.

Anno

SERIES PATRVM.

DIONYSIUS Episcopus Alexandrinus, Origenis discipulus: Scripsit multa in Bibliotheca alphabetica Simleri exposita. Nam extantia, præter epistolam ad Basilidem, quæ continet Responsiones super diuersis interrogatoribus eius, quæ pro Canonibus iudicatae sunt: Græcè manuscripta coniuncta est Canonibus conciliorum à Zonara expositis. Apud Eusebium extat epistola Dionysij Episcopi Alexandrini, de fœuissima persecutione Christianorum sub Decio Imper. lib. 6. cap. 31.

METHODIVS Olympi & Tyri Episcopus.

Eius opuscula Basileæ sunt excusa. Sub Decio & Valerio in Chalide Græciæ martyrio coronatus est.

Nouatianus Romanus urbis presbyter: Nouatianorum dogma constituit: nolens apostatas suscipere pénitentes: Huius autor Nouatus Cypriani presbyter fuit. Scripta eius commemorat Hiero.

ANNO DOMINI

260.

Paulus Heremum primus cole re incipit. Hinc MONACHA TVS originem duxit. Hieronym. in vita Pauli.

Nepos Egypti quidam episco-

AN. DO. 260. 63

pus, regnum Christi mille annorum terrenum & Epicureum futurum docuit. hist. Eccles. cap. 22.

Paulus Samosatenus Artemonis hæresim resuscitauit: manifestè negans Christum Filium Dei de cœlo descendisse: sed initium à Maria in terris sumpsisse. Ob quā blasphemiam, Concilia aliquot Antiochiae sunt congregata, quibus hæresis hæc extirpari posset. Hist. Eccles. cap. 26.

ANNO DOMINI

270.

Malchion Antiochenæ ecclesiæ presbyter scripsit contra Paulum Samosatenum: & epistolam grandem ex persona Synodi, ad Dionysium papam. N. extare puto.

VICTORINVS Pictauensis Episcopus.

Scripsit multa, in vet. Testam. libros: & in apocalypsi. commentaria, excusa Parisijs. Carmen de Christo in opere vet. poetar. Basileæ 1562.

ANNO DOMINI 280.

Anatolius Alexandrinus, Lædiceæ Syriæ Episcopus, sub Probo & Caro Impp. flor. Volumen de pascha composuit. Hieronym.

Archelaus Episcopus Mesopo-

Q. 3

SERIES PATRVM.

tamiae clar. sub Imper. Probo, qui Aureliano Tacito successerat. Scripsit Syro sermone disputationem contra Manichaeum: qui translatus in Græcum habetur à multis. Hieronym.

ANNO D O. 290.

Anatolius Laodiceæ Syriæ Episcopus, Scriptis insigne volumen de paschate. N. an ext. Hieron.

Pierius Alexandriæ Ecclesiæ presbyter: flor. sub Caro & Diocletiano Principibus. Scriptis longissimum tractatum in Osee prophetiam: & alios diuersos tractatus, ranta sermonis elegantia, vt Junior Origenes vocaretur. Honor. ex Hieronymo.

ANNO D O. 300.

ARNOBIVS Presb. & Rector. Cuius opera Basileæ sunt excusa.

NILVS Episcopus & Martyr. Cuius scripta sunt excusa Basileæ & Argentinæ.

ANNO D O. 310.

PER SECVTIO omnium maxima à Diocletiano Imp. in Christianos hoc tempore excita, duravit ab anno D o. 306 annis sequentibus tredecim.

A N. D O. 310.

Quirinus Episcopus Scesianus pro Christo interficitur. Manuali enim Mola ad collum ligata, de ponte præcipitatus in flumen diutissime supernatauit, & cum aspergantibus collocutus, ne sui terre rentur exemplo, vix orans ut mergeretur obtinuit. Euseb.

ANNO D O. 320.

Ræthicus Episcopus Augustoden. Scriptis in Cant. Cantico. quam expositionem Hieronymus vt ineptam reprehendit. N. ext. Vixit sub Constantino.

EVSEBIVS Cæsariensis Episcopus. Eius opera omnia quæ extant, Latinè excusa sunt Basileæ 1570. quædam Colonie. & Græce omnia Parisijs apud Rob. Steph.

L. CÆLIUS FIRMIANVS LACTANTIUS.

Eius opera excusa sunt Venetijs, Lugduni, Colonie, Basileæ in fol. cum commentarijs Betulei, & Antwerpia in 8.

Hic author, omnium hoc tempore eloquentissimus claruit. Sed adeo in hac vita pauper, ut plerunque etiam necessarijs indigerit, nedum delicijs. Euseb.

ANNO D O. 330.

ANTONIVS Monachus & Abbas, natione Ægyptius. Scriptis epistolas ad cœnobia: è quib. extant

extant 7. insignes impressæ Basileæ apud Pernam anno 1551. cum alijs quibusdā veteris ecclesiæ opusculis. Eius vitam descripsit Athanasius.

ATHANASIUS Alexandri nus Episcopus.

Scripsit plurima quæ omnia vno tomo Basileæ apud Frobenios sunt excusa. Dialogi vero de Trinitate, Theodoro Beza interprete, Genevæ sunt editi Græcè & Latinè: omnia item eius opera Parisijs in fol. 1572.

BASILIUS Ancyranus Episcopus, scripsit de virginitate lib. Hieron.

CÆLIUS SEDVLIVS, teste Sigeberto Gemblacen. in libello de illustribus viris, claruit tempore Constantis & Constantini filiorū primi Constantini Imperatoris, qui imperare coeperrunt anno Do. 337. & simul impereauerunt annis 25. Quare ut dñe annotauit V.C. Suffr. Pet. Leoward. numeri 430. apud Trittemium, videntur esse corrupti. Et carmen quod Sedulio tribuitur, esse scriptum ad Theodosium, docti putant non esse Sedulij, sed alterius cuiusdam. De ætate huius autoris, quod pertineat ad an.D. 430. Vide plura in commentario G. Fabricij in vet. poet. ecclesiast.

Scripta huius autoris partim sunt impressa; partim extant ma-

nuscripta. Libri 4. mirabilium diuinorum, carmine heroico excusi sunt Venetijs in 4. anno Do. 1502. Annotationes in omnes Pauli epistolæ, impressæ Basileæ apud Henricum Petri. Poetica edidit Georgius Fabricius ibid. in 4. anno Do. 1562. Manuscripti in Bibliotheca Imperatoris Viennæ habentur in fol. in membrana tractatus qui sequuntur. Epistola ad Macedonium presbyterum. Glossa de verborum significatione. Super Evangelium Matthæi.

EUSTATHIUS, genere Pamphilus Sidites, primum Beroeæ, Syriæ, deinde Antiochiæ Episcopus. Multa composuit aduersus Arrianorum dogmata. Hierony. N. ext.

IVVENTCVS poeta Christianus Hispanus, excu. Basil. cum reliq. vet. poet.

AFTERIUS Arrianæ factionis, scripsit regnante Constantino, in epist. ad Rom. in Euangelia, & Psalmos comment Hieronym.

DONATUS, à quo Donatiani, sub Constantino Constantioq; Princib; pullulauerunt. Scripsit de spiritu. & alia Arriano dogmati congruentia Hieronym.

EVSEBIUS Emesenus Episcop. Eius quidā libri sunt exc. Antwerp. & Par. an. 1547. 1555. 1556.

SERIES PATRVM.

Iacobus cognom. Sapiens Nizibe
næ nobilis Persarum ciuitatis Epi-
scopus. Scriptis libros partim
Theologicos, partim Historicos:
vigiinti sex, qui commemorantur à
Gennadio. N. ext. Moritur hic au-
tor Constantij temporib. Gennad.
Ad eius preces vrbs sæpe discrimi-
ne liberata est.

Iulius Romæ Episcopus ab an-
no Do. 335. scriptis epist. deincar-
natione Domini. Gennad.

Sarapion, in Ægypto Episcopus
vrbis Temuseos: qui ob elegantiam
ingenij cognomen Scholasti-
ci meruit: edidit aduersum Mani-
chæum egregium librum, & de
Psalmorum titulis alium, & ad di-
uersos epistolæ. Hieronym. Trit-
temius hunc Serapionem vocat.

Theodorus Heracleotes seu Pe-
rinthius Episcopus: scriptis Evan-
gelior. explicationes. Item in Apo-
stolum comment. & Psalterium.
Fuit elegantis apertiq; sermonis.
Hieronym. & Nicephor. lib. 9. hi-
stor. eccles.

ANNO DOMINI 350.

Acacius Cæsarien. Palæstinæ E-
piscopus. Eius scripta com-
memorat Trittemius ex Hieronymo.
Dubium est an alicubi extent aut
non.

HILARIUS Episcopus Pi-

AN. D.O. 350.

Etaiiensis, obiit anno Do. 372.

Eius opera sunt excusa Parisijs
1510. Basileæ apud Froben. 1535.
& apud Henricum Petri anno D.
1526.

Hildefonsus Tolitanæ sedis Epi-
scopus: scriptis plura, an vero sint
impressa, aut vbi N.L.

IOANNES SCHOLA-
sticus Abbas in monte Sinai, Cli-
macus cognomine, quod Scalam
scriptis 30. gradib. cœlum peten-
tem, excus. Venetijs Græcè & La-
tinè Ambrosio Camaldulen. inter-
prete.

MACARIUS Ægyptius Mo-
nachus: cuius homiliæ sunt excu-
sa Parisijs.

Triphyllius Cypri Episcopus.
Scriptis in Cantic. Canticor. com-
mentaria. N. ext.

ANNO DOMINI 360.

MARIVS VICTORINVS
Afer, Hieronymi præceptor: ab alijs
vocatur M. Fabius Victorinus.
Eius tractatus theologici Basileæ
sunt excusi.

DOROTHEVS Episcopus
Tyri. Extat eius Synopsis in vi-
tas & obitus 12. Apostolorum, &
Prophetarum, excusa in 16. Co-
loniæ anno Do. 1573. Quædam a-
lia eiusdē opera historica super-
sunt

SERIES PATRVM.

Sunt manuscrip. in Bibliothecis.
Fortunatianus Afer, Aquileiensis Episcopus, Imperante Constantino, scripsit in Euangelia. Hieron.

GREGORIVS NAZIANZENUS, Episcopus cognom. Theologus. Eius opera omnia tomis tribus sunt excusa Basileæ in fol. anno 1571. opera & labore Ioannis Levvenclaj. Et anno Do. 1583. Parisijs in via Iacobæa sub ciconijs: cum plurimorum nouorum librorum accessione in duos tomos distincta: & cum doctissimis Græcorum Nicetæ, Serronijs, Pselli, Nonni, & Eliæ Cretensis commentarijs, Iacobo Bilio Prunæo interprete, & scholiaste in folio. Obiit Greg. Nazian. anno Do. 385. Prosp.

HESYCHIVS presb. & monachus in Palestina.

Eius sermones Ethici in Bibliotheca Italæ habentur: & liber de quiete animi & corporis: liber de oratione manusc. Græcè, in Bibliotheca Italæ & Gallæ in Regia.

Macrobius presbyter, & postea Donatistarum Romæ occultus episcopus, scripsit de custodia virginitatis lib. i. N. an ext. Gennad.

Marcellus Anchiranus Episcopus, sub Constantino & Constantio: Scripsit multa aduersum Arianos. Hieronym. N. ext.

MITROPHANES Episco

ANNO D.O. 360. 65

pus Smyrnæ. Scripsit Græcè, quæ adhuc extant: contra Manichæum lib. 3. Contra Eunomium libros 2.

Osius Corduben. Episcopus: quem teste V. C. Suffr. Petro, Trittemius perperam in an. 390. collat. Scripsit de virginitate & alia, N. an extantia. Hic metuens ne senex ac diues damna rerum, vel exilium pateretur, Arrianæ impie tati consensit. In Gregorium Elizberitanum Episcopum orthodoxum, damnationis sententiâ pronunciatur, os vertit distorquens, pariter & ceruicem, ac de sessu in terrâ eliditur, & illico expirauit. Vide histor. apud Isidorum de illustr. viris.

THEODORVS Antiochenæ ecclesiæ presbyter. Scripsit aduersum Apollinaristas & Eunomianos, de incarnatione Domini libros 15. ad quindecim millia ver suum continent. Etiamnum extant Græcè in Italia alicubi, & in Imperatoria Viennæ. Vide plura de hoc autore apud Gennadium.

Vitellius Afer, Donatianorum schisma defendens, scripsit quæd. N. an ext. Gennad.

ANNO DOMINI 370.

BASILIVS Magnus Cæfren. Episcop. Eius opera excusa sunt Basileæ 1551. & Parisijs Latio-

R

SERIES PATRVM.

no sermone donata, & pluribus li-
bris aucta, anno Do. 1571. in fol.

Sancti Basili opera à Petro Ga-
lesio conuersa eiusdē in Esaiam
Prophetam: & Euangelistas, Com-
mentarij. Multæ præterea de mo-
ribus orationes, complures epi-
stolæ plurimaq; alia, quæ nunquā
antea in vulgus edita, iam summo
studio ab eodem quæsita, in lucē
exeunt: additis in extremo volu-
mine notationibus, ex veterū pa-
trum sententia de promptis in eos
præsertim locos, quibus improba-
eorum, qui de Catholica fide ma-
lè sentiunt, temeritas maximè reij-
citur. Sed hæc ipsa, atq; adeo om-
nia, quibus eius industria auctus
Basilis est, atq; ornatus, ex episto-
lis, translatoris facilius ipse cognoscet.
A. Verd.

CYRILLVS Hierosolymita-
nus archiepiscop. Cuius libri An-
tuerp. in 8. & in fol. sunt excusi.

DAMASVS I. Episc. Ro. 35.
Cuius scripta Basil. & Colon. exc.

Eusebius Sardus, Vercellen. Epi-
scop. ob confessionē fidei à Con-
stantio Imp. relegatus, sub Italiano
Imp. ad ecclesiam reuersus, edidit
in Psalmos commentaria Eusebij
Cæsariensis, quos de Græco in Lat-
inū verterat, Hierony. obiit 374.

ELIJAH Cæsarien. Episcopus,
Bibliothecam Origenis & Pam-
phili corruptam instaurauit; & va-

A. N. D. O. 370.

rios tractatus composuit, clar. sub
Theodosio Imper.

Golphilas aliás Vlphilas Gottho-
rum Episcop. Transtulit diuinæ
literas in Gothicam linguam: fait
tempore Valentis Imperatoris. Si-
geb. Gembl.

Gregorius Bæticus liberī Episcop.
de fide elegantem librum compo-
suit. Hierony. Hodie nō ext. puto.

Heluidius Auxentij discipulus:
Scripsit aduersus virginitatem D.
Mariæ: quasi post nativitatem Do-
mini, Iosepho sponso suo iuncta,
ex eius consortio filios suscep-
set: qui fratres Domini appellati
sunt. Quē Hieronymus libello do-
ctrina pleno refutauit. Gennad.

HIERONYMVS Strido-
nen. presb. Hierosolymitanus.

Eius opera plurib. tomis pas-
sim sunt excusa Basileæ anno Do-
1526. apud Frobenios, cum scho-
lijs & censuris Des. Erasmi tomis
nouem. Parisijs cum argumentis
& scholijs Mariani Victorij Reati-
ni Episc. Amerini in fol. an. 1580.

IOANNES CHRYSO-
stomus archiep. Constantinopoli-
tanus, moritur in exilio anno 411.
Cuius opera tomis quinque Basileæ,
Parisijs, Antuerpiæ & Vene-
tijs sunt excusa.

LUCIFER Carallitanus Epi-
scopus, scripsit librū contra Con-
stantium Imper. eiq; legendū mi-
sit;

fit. Valentiniano regnante obiit.

Eius opera edita sunt à Ioanne Tilio Lutetiae in 8. apud Morellij hæredes anno Do. 1567.

O P T A T V S A F E R Episcopus Mileuitanus. Cuius libri de Donatistis sunt excusi Moguntiæ anno Do. 1549.

P A V L I N V S Consularis. Cuius poetica à Geor. Fabric. edita, cum reliq. vet. poet. Basileæ in 4. 1562.

Petronius Bononiensis Italij ecclesiæ episcopus : scripsisse putatur *vitas patrum Ægypti monachorum*. Gennad. & Trittemius scribit, *historiam eius adhuc se le-*
gisse: obiit Petronius an. Do. 385.

T I T V S Bostrenus Episcopus, sub Iuliano & Iouano Princib. flor. & obiit sub Valente. Quare apud Trittemium numeri sunt deprauati, vbi ponitur in an. Do. 340. Scripsit aduersum Macchæos. Hieronym.

Hic Titus numeratur, inter illos scriptores, ex quibus excerpta sunt scholia in epistolam ad Romanos, impressa Basileæ an. Do. 1537. interprete Ioan. Lonicero. Eiusdem Titi Bostrensis episcopi cōmentarij in Lucā extant M. scrl.

A N N O D O. 380.

A M B R O S I V S Episcopus Mediolanen. Eius opera tomis quinque Basileæ & Parisijs cum

augmento operum sunt excusa, anno Do. 1549.

A p o l l i n a r i s vel Apollinaris Lao dicenus Syriæ episcopus, patre presbytero, sub Theodosio innumerabilia in sanctas scripturas composuit. Et libros 30. in Porphyrium, qui extabant tempore Hieronymi.

A V R E L I V S P R V D E N -
T I V S Hispanus. Cuius poetica Basileæ in 4. cum reliq. vet. poet. sunt excusa.

E P H R A E M Abbas Syrus, cuius opuscula sunt excusa in 16. Ingolstadij 1585.

E P I P H A N I V S Cyprius episcopus. Eius opera Basileæ sunt excusa.

E u a g r i u s Antiochiæ episcopus, acris ac feruentis ingenij : scripsit diuersos tractatus : Et vitam B. Antonij de Græco Athanasij in sermonē Latin. translulit. Hiero.

Hunc autorem Trittemius cum Euagrio Monacho confundit: qui ab hoc diuersus esse videtur. Suf. frid. Petr.

E V A G R I V S Monachus Macarius familiaris, D. Hierony. téporib. Eius opera pleraq; è Græco in Latinum translulit. Gennad. vbi sint excusa nō ascribitur. Ascetica & Ethica Græcè ext. in Bibl. regis Gal.

G R E G O R I V S NYSSENVS Episcopus frater Basilij Magni.

SERIES PATRVM.

Cuius opera Basileæ sunt exc.
Heliodorus presbyter scriptit librum i. de naturis rerum exordia-
lium: in quo ostendit vnum esse
principium, nec quicquam coæ-
uum Deo, &c. Gennad.

Heracles Monachus. Scri-
psit de conuersatione in cœnobij
degentium. An ext. N.

JOSEPHVS CÆCVS R. cuius
est trâslatio Chaldaica in Psalmos.

M A X I M V S Philosophus,
Constantinopol. Episcopus. Scri-
psit aduersus Arrianos: Hierony.

Eius libri 42. siue πράξεις 45.
& logica, & dialog. Pyrrhi extant
Græcè in Italia & alibi: pleraq; ve-
ro Romæ in Vaticana Biblioth.

In huius autoris laudem librū
edidit. Gregorius Nazianenus.

P A C I A N V S in Pyrenæi iu-
gis, Barcilonæ Episcopus, casti-
gate eloquentię, & rām vita quam
sermone clarus: sub Theodosio
Principe iam ultima senectute
mortuus est. Scriptit contra No-
uatiianos. Hieronym.

Eius pareneses aliquot impres-
sæ sunt. Hunc autorem Honorius
Pacacium nominat.

Petrus Bononien: Episcopus de-
vitis patrum Ægypti Monacho-
rū. Vide Petronius ad an. Do. 370.

PHILASTRIVS: cuius he-
recon catalogus, excus. Basil. 1528.

PHOEBA DIVS (non Soe-

A N. D O. 380.

badius) Agenni Galliarum episco-
pus: edidit contra Arrianos li-
brum, & alia: teste Hieronymo.
In V.C. nominatur Fœbadius: &
Geneuē anno 1570. editus est in 8.

Photinus de Gallogræcia, Sir-
mij episcopus. Scriptit cōtra gen-
tes. Hieronym. His Samosateni
hæresim reuocauit. A Valentinia-
no Imper. pulsus est ecclæsia.

Photinus nominatur inter illos
Theologos, ex quorum scriptis a-
nonymus quidam collegit exegesi-
m in epistolam ad Romanos, que
impressa est Basileæ apud Rober.
VVinter, an. Do. 1537.

A N N O D O. 390.

A M P H I O C H I V S Ico-
nij Episcopus, cuius opera theo-
lōgica extant.

A N T I O C H V S Episcopus:
Ptolemaidos. Scriptit contra au-
varitiam longum volumen. Gen-
nad. N an ext.

Antiochi Theologi veteris con-
ciones Græcè extant Florentiæ.

A V R E L I V S A V G V S T I
nus Hippomensis Episcopus.

Eius opera 10. tomis excusa Ba-
fileæ, Lutetiae, Antuerpiæ, &c.

Audemius Episc. Hispanus: scri-
psit contra Arrianos, qui postmo-
dum Bonosiaci vocati sunt. Gen.

Bafianus: cuius epistola extat
inter epistolas S. Ambrosij lib. 10.

Boni-

SERIES PATRVM.

Bonifacius, cuius epistolæ extat ad Augustinum.

CÆSARIVS Gregorij Theologi frater, cuius dialogi excusis Basileæ 1571. cum operibus Nazianzeni.

Dexter Patiani filius, scripsit ad D. Hieronymum, omnimodam historiam, quam Sophronius postea à Græco vertit.

DIDYMVS ALEXANDRINUS CÆCVS cuius quædam opera extant typis excusa in Italia: & Parisijs.

Diodorus Tarsensis Episcopus scripsit commentarios in Apostolum. Hieronym.

Eunomius, Arrianæ partis Cyzicenus episcopus. Scripsit multa contra ecclesiam: Cui respondebunt, Apollinarius, Didymus, Basiilius Cæsarien. Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyssenus. Hieronym.

Eusebius: scripsit de crucis Domini mysterio: & de Apostolorum & præcipue Petri constantia. Gennad.

Faustinus presbiter: cuius scripta an ext. nescio. Commemorantur à Gennadio.

Gelasius Cæsareæ Palestinae episcopus, accurati limatiq; sermonis, fertur multa scripsisse, sed cælare. Hieronym. Oratio eius in apertitione Domini citatur à Theo

A.N. D.O. 390. 67

dorico in Eraniste.

Hilarius, cuius epistolæ inter epistolas & opera Augustini.

Ioannes Antiochenus presbyter. Hieronymus legit eius librum ἡρικής ἵπευτον.

Ioannem Damascenum in hunc ordinem collocauit Trittemius, sed falso: vide an. an. Do. 730. Ioan. Damascenus.

Latronianus: cæsus & ipse Treuiris: scripsit opera diuersis metris. Hieronym.

Longinianus, cuius ext. epistola ad D. Augustinum.

Lucius, post Athanasium Arianae partis episcopus: à Theodosio principe expulsus. Scripsit solenes de Pascha epistolas. Hieron.

NECTARIVS archiep. Constantinopolitanus: cuius orationes ad populum sunt excusa Parisijs in 8. an. 1554.

Pachumius Abbas fundator Egypti cœnobiorum: alias Pachomius & Bachomius scribitur. Scripsit quædam quæ commemorat Gennad. Eius sententiae quædam citantur in libello. Coloniae impresso 1531. de officio rectoris ecclesiæ.

Palladius urbis Suedrorum magistratus: eius epistola, Ancorato Epiphanij lib. præponitur.

Paulinus vel Paulonas presbyter, homo acris ingenij, discipulus

SERIES PATRVM.

B.Ephræm: cui magister oblitus, astanti sibi dixisse fertur: vide Pauline, ne te submittas cogitationibus tuis & eleueris. Scriptus quædam N.an ext.Gennad.

Pelagius hæresiarches scriptus multa, nescio an ext. Commemorantur eius scripta apud Gennadium, &c in Biblioth. Alphabetica Gessnero Simleriana.

Aduersus eius hæresin scripserunt Augustinus, Cyrillus, Hieronymus, Orosius, Gennadius & alij.

PRISCILIANVS Abilæ episcopus: Treuiris à Maximo tyranno cæsus est. De eius opusculis existant canonæ, siue argumenta & periochæ noui Testamenti.

SIRICIVS qui & Vrsinus Romanus episcopus XXXVI. scriptus inter cætera contra Iouinianum & Auxentium lib. 1. Isidor. N.an ext. & Decreta, quæ habentur impressa, cum reliquis Pontificijs.

SOPHRONIVS, vir apprimè eruditus scriptus laudes Bethlehem: de subuersione Serapis: de virginitate vitam Hilarionis monachi. Hierony. N.an ext.

Idem D. Hieronymi ecclesiasti corum scriptorum vitas Græcè translatis, liber excusus Græcè & Latinè è regione: Basileæ apud Cratandrum an D. 1539.

Cyri Sophronij paraphrasis

ANNO D.O. 390.

Græca in Aristotelis librum de anima, & alias physicos, extat Florentiae in Bibl. Medicum.

SYMMACHVS urbis præfatus: cuius epistolæ Basileæ sunt excusæ.

THEOPHILVS Alexandrinus episcopus. Eius libri paschales impressi Bas. 1528. Quid scriperit ad uersus Antropomorphitas, vide apud Gennadium.

Theotimus Scythiaæ Tomorum episcopus, scripsit in morem veteris eloquentiae, breues commaticosq; tractatus. Hieronym.

Tiberianus Bæticus, scriptus pro suspicione qua cum Prisciliano accusabatur hæreseos, apologeticum. Hieronym.

TICONIVS AFER: cuius regularum libri 7. inter Orthodoxyographa editi sunt an. 1569. cætera scripti an ext. nescio: vide Gennad.

Vrsula Cynosura matrona doctiss. scriptus quædam, N.an ext.

ANNO D.O. 400.

Ambroſius presbyter Alexandrinus Didymæi cæci auditor scriptus comment. in Job. & contra Apollonarem, N.an ext.

Comodianus, factus Christianus: scriptus contra Paganos. Gennad.

DIONYSIVS autor operis de Hierarchia cœlesti: excus. Parisijs, Colonizæ

Colonizæ, & Basileæ Córado Clau-
fero interprete.

Euagrinus alter qui scripsit Alter-
cationē Iudei & Christiani. Genn.

GENNADIUS Patriarcha.
Scripsit de Simonia, excus. Basil.
1518. cum Petri & Gregorij Neocę-
farien. canonibus, Ioanne Oeo-
lompadio interprete.

HESYCHIVS Hierosol. episco-
pus. Scrips. in Leuiticum excus.
Basileæ.

Idacius Lemicæ in Hispania epi-
scopus, cuius scripta an ext. N.L.

INNOCENTIVS Papa I. scri-
psit epistolæ, quæ cum alibi tūm
cum Clementis recognitionibus
impressæ extant.

IOANNES HIEROSOLYMO-
RVM episcopus, cuius opus ab
Aymerico patriarcha Antiocheno
è Græco in Latinum est translatū,
ac Venetijs tandem impressum.

Marcus Vilmenis Germanus Mi-
norita, autor Dictionarij in vni
sacr. script. cuius initium. Absti-
nentia multipliciter sumitur.

PROCLVS Constantinop. epi-
scopus, cuius epistola est excusa
Basileæ 1528.

RUFINVS monachus & Aquile-
ien. ecclesiæ presbyter, cuius o-
pera. 2. tomis sunt excusa in fol.
Parisijs 1580.

Gennadius duorum librorum
Inuestiuarum Rufini faciens men-

tionem, per obtrectatorē Rufini
intelligit Hieronymū. Vnde pater,
Gennadiū, Hieronymo præferre
Rufinum. Quid vero de Rufini o-
peribus senserit Pontifex Gelasi-
us, videat lector distinct. 15. cap.
Sancta Romana. Suffr. Petr.

Seuerianus Gabalen. ecclesiæ e-
piscopus, cuius scripta nondum
sunt excusa.

SOCRATES de quo vide inter
ecclesiastice historiæ autores.

THOMAS ANGLICVS scri-
psit plura, nescio autem vbi excu-
sa. Quædam scripta tribuuntur Tho-
mæ Aquinati Angelico doctori:
quæ suspicantur esse huius Angli-
ci: vide Bibl. S. Sen.

Vigilantis presbyter natione
Gallus: Barcilonæ in Hispania Pa-
rochus. Hunc friuola locutum: &
peruersè secundam Danielis visio-
nem exposuisse: eiq; B Hierony-
mū respondisse, scribit Gennadi-
us in libello de illustribus ecclesiæ
scriptoribus.

Atticus Constantinopol. post
Io. Chrysostomū Episcopus: scri-
psit quædam: cuius extant episto-
lae 2. apud Nicephorū Callistum.

CHROMATIVS Aquileiæ E-
piscopus: cuius scripta pauca ex-
cusa Basileæ 1528. & 1551.

SERIES PATRVM

*Lucianus ecclesiaz Hierosolomi
tanæ presbyter: cuius reuelatio-
nem de inuentione S. Stephani
lib. i. Græco sermone Auitus pres-
byter Hispanus Latinè vertit.*

*MILEVITANI Concilij De-
creta.*

ANNO D.O. 420.

*Auitus presbyter Hispanus, in-
terp. Luciani Hierosolomit. pres-
byteri de quo ad an. 410.*

*BONIFACIVS Rom. Episco-
pus 42. Cuius decreta in volumi-
ne Conciliorum sunt edita.*

*CARTHAGINEN. Synodi V.
decreta.*

*CARTHAGINEN. Synodi VI.
decreta.*

*DECIVS AVSONIVS Burdi-
galen. Episcopus. Opera eius sunt
excusa Venetijs apud Aldum &
Basileæ, & integriora Lugduni in
8. apud Tornesium & Antuerpiæ
in 16.*

*EVCHERIVS Lugdunen. Ec-
clesiaz episcopus. Obiit sub Valen-
tiniano & Martiano principibus.
Eius opera sunt excusa Basili. 1530.*

*Petrus Galesinius S. Eucherij
opera multis mendis aspersa emé-
dauit: quibus operibus epistolā,
& doctam, & elegantē inscripsit.
Omnia Romæ in lucem emissæ,
sol. amplio anno 1563. Verd.*

Eusebius Cremonen. Episco-

A.N. D.O. 420.

*pus, discipulus D. Hieronymi. Cu-
ius scripta nescio an ext.*

*Fastidius Britanniarum episco-
pus, scripsit de vita Christiana: &
de viduitate seruanda Gennad.*

*Flavianus episcopus Antioche-
nus: cuius sermones, &c. citantur
& Theodoreto in Eraniste.*

*IOANNES CASSIANVS Cō-
stantinopolit. cuius libri Græcè
& Latinè sunt excusi Basileæ.*

*ISIDORVS Senior episcopus
Cordaben. cuius libri in 4. libros
Regum, vbi ext. non est ascript.*

*Iulianus episcopus Campanus
Pelagianus scripsit aduersus san-
tos doctores: cuius verba inue-
nies in tomo 4. & 7. operum D. Au-
gustini.*

*MAXIMVS episcopus Tauri-
nen. scripsit multa: cuius quædam
scripta Coloniz & Basileæ sunt
excusa.*

*Niceas Rom. ciuitatis episco-
pus: cuius scripta commemorat
Gennadius.*

*NONNVS poeta Panopolitanus
forte his temporibus floruit sub
Theodosio iuniore. Gyraldus e-
nim eius historiam cum narratio-
ne de Cyro poeta coniungit qui
huius temporis fuit. Scrips. car-
mine paraphrasin in Euangeliū
Ioannis, quæ teste P. Mel. vice pro-
lixi commentarij esse potest, ex-
cūl. Venetijs apud Aldū an. 1527.
& Fran.*

SERIES PATRVM.

& Francofordiæ apud Purbachi-
um.

Olympius Hispanus episcopus.
Gennad.

ORIESIESIS monachus, Pa-
chumij & Theodori Abbatum col-
lega: Eius regulæ de institutis mo-
nasticis excusæ sunt Coloniz. an.
Domi. 1536. cum tribus Prospcri
libris.

PAVLVS OROSIVS presby-
ter Hispanus præter historiarum
libros 7. aduersus Paganos, im-
pressos Parisijs, Coloniz & alibi,
scripsit etiam Theologica N. an
extantia; in quibus, consultatio ad
Augustinū de errore Priscillianis
tarum & Origenistarum, præmis-
sa est libro D. Augustini contra
eosdem, tomo sexto.

PONTIVS PAVLINVS NO-
LANVS Campaniæ vrbis episco-
pus. Pleraq; eius opuscula typis
sunt excusa.

SIMPLICIANVS episcopus
Mediolanen. post S. Ambrosium.
Scripsit epistolas ad Augustinum
aliasq; diuersos, quæ hinc inde re-
periuntur. Vide Gennad.

SVLPITIVS SEVERVS Hi-
storicus, vel SEVERVS presby-
ter cognomento Sulpitius. Eius
opera quæ extant, sunt à Victore
Giselito emendata: & excusa Ba-
sileæ, Coloniz & Antuerpiæ.

THEODORVS ANCYRA-

AN. DO. 420. 69

NVS Galatiæ episcopus, scriptis
aduersus Nestorium: quod scri-
ptum extat.

Theodorus presbyter successor
Pachumij abbatis scripsit ad alia
monasteria exhortationes episto-
lis 3. Gennad.

Vigilius Diaconus, script. de
regulis monachorum. Gennad.

ANNO DO. 430.

Achaeius Constantinopolitan.
patriarcha: cuius librum de fide
Orthodoxa, allegant Suidas &
Volaterranus.

CL. MARIVS VICTORINVS
Rhctor Massilien. Eius in Gene-
sim lib. 3. & ad Salmonem Abba-
tem epistola carmine, edita sunt
Basileæ in 4. cum aliorū veterum
poetarum scriptis.

COELESTINVS 43. episco-
pus Romanus: cuius decreta ex-
tant in volumine Conciliorū, &c.

CÆLIVS SEDVLIVS Sco-
tus, hic collocatur à Trittemio,
sed vide ad an. D. 330.

CYRILLVS Episcopus Alexan-
drinus: cuius opera vetera & no-
ua ante hac non edita 2. tomis stu-
dio & labore Bonaventuræ Vul-
canij. Basileæ 1576. sunt excusa ty-
pis Heruagij.

Eutropius presbyter, scripsit ad
duas sorores quæ ob deuotionem

SERIES PATRVM

virginitatis, à parentibus sunt ex-hæredatæ, epistolas consolatori-as. N. an ext. Historiarum libri sunt impressi passim.

LEPORIVS presbyter & monachus, Pelagiani erroris seftator primūm, postea resipiscens, scripsit aduersus hæresim lib. i. & quædam alia. Eius palinodia, legitur primo libro Cassiani de incarnatione.

NESTORIVS an. D. 432. Constantinopolitanæ ecclesiæ Pontificatu donatus apertum se hostem ecclesiæ ostendit. Eius blasphemiz: item exemplar sacrilegæ expositionis Nestorij: & epistolæ, extant in operibus Cyrilli, & in historia ecclesiastica Nicephori: & multa excusa Basileę apud Petrum an. 1528. cum alijs varijs aliorum contra hæreticos scriptis.

Ninianus Bernicius Britannus, scripsit meditationes in Psalter. Davidicum.

PALLADIVS Hibernen. episcopus scripsit Homilias plures: & vitam Ioannis Chrysostomi: impressi in Italia, ex interpretatione Ambrosij Camaldulen. an. 1533.

Paulus Emesæ episcopus: cuius Homilia in Ephesina synodo, de duabus naturis Christi dicta, extat Romæ Græcè.

Philippus presbyter Sidæ, Ioannis Chrysostomi auditor, scri-

A. N. D. O. 430.

psit contra Julianum Apostatam: pro defensione totius diuinæ scripturæ: item libros 36. historiarum ecclesiæ. An. ext. N. L.

PHILIPPVS presbyter Hierosolymitanus siue Palestinius B. Hieronymi discipulus, obiit an. Do. 459. Eius scripta in Iob. Basileæ sunt excusa an. 1527.

POSIDONIVS, & secundum quosdam Codd. Polcidius Afer episcopus Calamen. scripsit vitâ S. Augustini: & indiculum librorum eius. Extant.

PROBA Falconia Romana, eu-
ius carmen ex diuersis Vergilij
versibus & hemistichijs consarcinatum, continens descriptionem
veteris & noui Testamenti, excusi
Francoforti an. 1546.

VICTOR episcopus Uticensis:
cuius libri de rebus Vandalicis,
tres excusi in 8. Colonie an. Do.
1537.

VINCENTIVS monachus
& presbyter monasterij Lirinen-sis Insulæ Gallus. Cuius libri im-
pressi Basileæ an. Do. 1518. & Co-
lonie anno Dom. 1569. obiit hic
autòr Theodosio & Valentiniiano
Impp.

Vigilius quidam episcopus scri-
psit in laudem martyrum: & epi-
stolam: de ijsdem & Barba-
ris. Genna-
dius.

Anno

Hilarius episcopus Arelatensis.
Scriptis Homilias penè infinitas:
item vitam S. Honorati episcopi.

ISAAC Antiochenæ ecclesiæ
presbyter. Obiit Leone & Martia-
no Imperantibus, multa scriptis,
quæ an aut ubi sint excusa, non
inueni. Eius ἀστυνικοὶ sermo-
nes Græcè, extant Romæ in Va-
ticana.

ISIDORVS Pelusiota: cuius
epistolæ 130. Græcè, extant Romæ
in Vaticana: item alia ibidem.

IVNILIVS episcopus cuiusdā
vrbis in Africa: Scriptis quædam
nescio ubi extantia: item com-
mentar. in priora aliq. Genes. ca-
pita impressa Basileæ 1538.

LEO I. Episcopus Romanus
45. dictus Magnus. Cuius opera
sunt excusa Coloniæ & Basileæ.

Masæus presbyter Masiliæ.
Cuius scripta enumerat Gennadius.

Paulus presbyter Pannonius,
scriptis de Virginitate seruanda,
& contemptu mundi. Gennad.

*PRIMASIVS episcopus Afri-
canus*: eius opuscula sunt excusa
Basileæ, Coloniæ & Lugduni.

*POLYCHRONIVS Episco-
pus Apamenus*, Scriptis Græca

commentar. in Iob. & in Ezechie-
lem: quorum fragmenta plurima
habentur in catena Græca expla-
nationum in Iob.

Sabbatinus Gallicanæ prouinciæ
episcopus scriptis quædam à
Gennadio vnâ cum argumentis
librorum, enumerata.

*Seruanus vel Teruanus Scoto-
rum episcopus*, scriptis epistolas
plures. Bal.

Syagrius scriptis de fide aduer-
sum hæreticos. Gennad.

Teruanus episcopus Scotorum:
Scriptis exhortationes quasdam
lib. i. Bal.

Timothenus episcopus compo-
suit librum de Nativit. Domini,
quam credit in Epiphania factam.
Gennad.

*THEODORETUS Cyri epi-
scopus, &c. sub Leone Imperato-
re mortuus est.* Gennad.

Trittemius hunc floruisse dicit
anno 390. Cuius error hic (inquit
Cl. V. S. P. Leouardien. annotans
in Gennadium) manifestè detegi-
tur: Cū Leo primus, sub quo eum
vita defunctum Gennadius asse-
rit, imperare demum cœperit, an.
457. vel secund. Funcij chronol.
an. 461.

Theodoriti opera Theologica
& Historica: cùm seorsim excusa
sunt locis diuersis: Romæ, Pari-
sijs, Viennæ, Basileæ: tum simul

SERIES PATRVM.

Coloniæ in fol. tomis 2. anno Do.
1573.

Vrfinus monachus, scripsit de
non rebaptizandis hæreticis. Gen-
nadius.

ANNO DO. 450.

CHALCEDONEN. Concilij
Decreta.

Eusebius Episcopus Mediola-
nen. Scripsit epistolam in caussa
fidei, ad Leonem Papam.

Flaualdus monachus Remen.
Scripsit vitas PP. Remen. & SS.

FLAVIANVS episcopus Con-
stantinopolitanus, Eius epistolæ
Græcæ manuscript, extant Vene-
tijs in Biblioth. S. Antonij. Scri-
psit etiam alia.

Gennadius Constantinopolit.
ecclesiæ pontif. Scripsit in Danie-
lem prophetam. & Homilias. N.
an ext. Obiit anno Domi. 460.
Trittem.

Hilarius Viennensis episcopus,
Disputauit contra Papam: vt pa-
ret ex responsione Leonis Papæ
epistola 77. aduersus Hilarium ad.
episcopos Galliæ.

Isaac autor libri de S. Trinita-
te. & de incarnatione Domini, a-
pud Gennad.

IVLIANVS episcopus Toleta-
nus. Scripsit plura nescio vbi ex-

A N. D O. 450.

tantia: at prognosticon futuri secu-
li impressum est Lipsiæ anno Do.
1536.

MARCVS EREMITA. flor.
Theodosij temporibus: vsus fuit
præceptore Chrysostomo, con-
discipulus fuit Nili. Cuius memi-
nit Nicephorus libro 14. cap. 53.
Multa reliquit scripta: in quibus
Gnomæ Græcæ impressæ Hage-
noæ 1531. cum translatione Vin-
centij Obsopœi. Eiusdem opuscula
conuersa per Ioannem Picum,
Parisijs edita in 8. an. 1563.

Mochimus Mesopotamenus a-
pud Antiochiam presbyter: scri-
psit contra Eutychen: teste Gen-
nadio.

NILVS episcopus siue præfe-
ctus Constantinopolitanus postea:
factus monachus: de quo Nice-
phorus lib. 14. cap. 53. & 54. disci-
pulus Io. Chrysostomi condiscipu-
lus Marci Eremitæ. Scripsit de mo-
naistica vita & alia N. vbi extantia.
Eidem tribuendæ videntur ora-
tiones monasticæ Græcæ: &c.

Pascafinus Sicilien. episcopus:
Eius quædam epistola inter Leo-
nis Papæ epistolas habetur.

Petrus archiepiscopus Rauennas:
cognom. Chrysologus: scripsit ser-
mones & epistolas. Item ad Eu-
tycen presbyterum, quæ vbi ex-
tent ignoro.

Petrus Edissenæ ecclesiæ pres-
byter

SERIES PATRVM.

byter. Scriptit Psalm. Syro sermons: & homilias, teste Gennad.

SALONIVS Episcopus Viennen. Scriptit in parabolæ Salomonis: excus. Basileæ 1551. cum alijs veterum Theologorum opusculis.

SYNODI EPHESINÆ II. acta sub Leone papa I.

Victor Cartennæ Mauritaniae civitatis Episcopus: Scriptit aduers. hæreticos: homilias & alia, teste Gennadio.

Victorianus Buconius, Castellianæ urbis Mauritaniae Episcopus: Scriptit aduersum Iudæos: & omnes hæreticos: de sacramentis quoque lib. i. vbi vero ext. N.L.

Vincentius presbyter Gallus, commentatus est in Psalmos. Genadius.

ANNO D.O. 460.

Asclepius Afer: Scriptit homilias, & aduers. hæreticos, vbi ext. N.L. Ob donum docendi ex tempore celebris fuit. Gennad.

BACCHIARIVS MACCEUS Britannus natione: Cuius liber de recipiendis lapsis impressus est in 1. tomo orthodoxographorum Basileæ.

CEREALIS Episcopus Africanus. Scriptit aduersus Arianos lib. i. impressum Basileæ a-

AN. D.O. 460. 71

pud Henric. Petri, cum pluribus alijs contra hæreticos opusculis.

Cyrus alij Codd. habent Syrus Alexandrinus ex philosopho monachus scriptit aduersus Nestorium.

HILARIUS I. Sardus Episcopus Romanus XLVI. Scriptit epistolas: & decreta quæ impressa sunt Coloniæ, cum reliquo rum PP. decretis.

PROSPER Aquitanicus Reginen. Episcopus. Cuius opera ex cusa Basileæ, Coloniæ, Lugduni & Duaci. Obiit anno Do. 465.

Proterius Episcopus Alexandrinus. Scriptit Epistolas ad Leonem papam: ad Hilarium, &c. necio vbi ext.

Syrus Alexandrinus, vide Cyrus..

Theodulus presb. in Cœlesyria, scriptit inter alia de consonantia veteris & noui Testamenti, aduersum antiquos hæreticos: cuius libri argumentum lege apud Gennadium, qui de eodē scribit, mortuum esse ante triennium regnante Zenone, id est, anno Do. 475. Ergo non demum an. Do. 480. clauruit, vti annotat Trittemius.

TVRONICI Concilij acta.

Victorinus Aquitanicus, quem alij Victorium & Victurinum vocant. Scriptit de cursu paschali. Vide Gennad.

Voconius Castellani Episcopus.

SERIES PATRVM.

Scripsit aduersus Iudeos & Arrianos, & alios hæreticos: item de Sacramentis. Gennad.

ANNO D O. 470.

Simplicius I. Tiburtinus XLVII. Episcopus Romanus: scripsit epistolas, & decreta quæ cum ceteris pontificijs decretis impressa sunt.

Timotheus hæreticus, in locum Protherij Episcopi Alexandrini, non legitimè substitutus, scripsit ad Imperatorem Leonem libellum, &c. quem Gennadius cauendum scripsit.

ANNO D O. 480.

C. SOLLIVS SIDONIVS APOLLINARIS Episcopus Aruernorum.

Scripsit epistolas, & carmina: excus. Basileę in 4. anno Do. 1542. cum commentarijs Ioan. Baptista Pij.

Eugenius Carthaginen. Episcopus. Scripsit expositionem fideli Catholicæ & alia plura: N. vbi extantia.

Felix III. Papa: seu Romanus Episcopus XLVIII. Scripsit decretum synodale & alia: excusa Colonię cum reliquis pontificum decretis & epistolis.

Ioannes presb. Antiochenus: scri-

AN. D O. 480.

psit contra Acephalos, qui vnam tantum in Christo naturam asserunt. Gennad.

MERLINVS Ambrosius Britannus. Scripsit quædam inter alia de lapidis philosophici allegoria. Venetijs excus. anno Do. 1542.

Pastor Episcopus scripsit symbolū fidei aduersus Priscillianos. Gennad.

Patricius Magonius cognom. Magnus. Scripsit contra gentilium superstitiones. Obijt an 491.

Paulinus qui scripsit de quadragesima, de paschate & alia. Gennadius.

POMERIVS Maurus, scripsit de anima: de contemptu mundi: de vitijs & virtutibus, vti narratur in Gennadio. Præterea Sermones qui sunt impressi Colon.

Samuel Edissenę ecclesię presb.

Scripsit aduersum Nestorianos, Eutychianos, Timotheanos. Gennadius.

SALVIANVS Massilien. presbyter. Scripsit varia: ex quibus libri de prouidentia Dei, cura Ioan. Alexandri Brassicani sunt editi, & scholijs illustrati, Basileę 1530.

Seruns Dei, Episcopus, scripsit de Christo, an viderit parrem carnem suis oculis. Trittemius, & Gennad.

TIMO-

SERIES PATRVM.

TIMOTHEVS Episcopus.

Scripsit libros 4. de diuitijs huius mundi pro Dei nomine atque honore consumendis, aut dispensandis. Excus. Basileæ apud Henr. Petri 1528.

VICTOR Episcopus Capuanus: Scripsit contra Victorium Aquitanicum de celebratione paschatis vbi ext. N.L.

VIGILIUS Martyr & Episcopus Tridentinus.

Scripsit contra haereticos patrum pie de naturarum Christi proprietate, & personarum unitate sentientes. Opus excusum Tiguri, cum alijs patrum scriptis contra Eutychen, anno 1571.

De eius ætatis tempore varias sententias, vide in Codice veterum scriptorum, edito à D. Simlero, qui credit eum vixisse sub Leone & Zenone Imp.

ANNO D.O. 490.

ÆNEAS GAZÆVS Platonicus philosophus Christianus, quem Suidas ÆNEAM SOPHISTAM vocat.

Scripsit inter alia quæ in Bibliothecis Italiæ extant, etiam epistolas, quas Aldus impressit Venetijs cum alijs diuersorum autorū Græcis epistolis. De immortalitate animæ & corporum resurrectione.

A.N. D.O. 490. 72

Excus. Tiguri & Basileæ.

ALCIMVS AVITVS
Viennen. Archiepiscopus.

Cuius scripta sunt excusa Basileæ 1546. & Lugduni 1536. & poemata à Geor. Fabric. in 4. Basileæ.

CLAVDIANVS MAMERTVS Gallus, Viennensis ecclesiæ presbyter.

Eius scripta Basileæ sunt excusa 1520. & poetica per Georgium Fabricium ibid. cum commentariis edita.

FAUSTVS Episcopus REGIEN. Gallus.

Scripsit plura, quæ enumerat Gennadius: de quibus liber de ratione fidei: Basileæ apud Henric. Petri excusus, anno 1528.

Fidelinus Viator, fertur scripsisse quædam. Bal.

GELASIVS Apher Episc. Roma. XLIX. Scripsit plura: in quibus eius decreta cum cæteris pontificijs impressa sunt Coloniæ, & de duabus naturis in Christo, aduersus Eutychen & Nestorium liber excus. Basil. 1528. in antidoto contra haereses: & Tiguri ap. Froschouerum, cum alijs veterū scriptis, de una persona, & duab. natu ris Christi in fol. 1571.

